CAL

as

olo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservada
Número 721

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tit 147722
R 376048
CB 1195621
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

~~5-15-3~~

Reservada-12-4

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# SEGMEN
# TA EX EPISTOLIS PAVLI.

Petri. Iacobi & Ioãnis. Necnon
ex ꝓphetis quæ in re diuina le
gũtur per anni circulũ: tam
in diebus Dominicis ꝗ̃
in ſanctorum feſtis
& profeſtis.
Quibus Antonius Nebriſ
ſenſis adiecit grãmati=
ca quædã ſcho=
lia non con
temnẽda.

CVM PRIVILEGIO.

TOLEDO

37

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# AD PERQVAM REVERENDVM AC Proinde Illuſtriſſimum dominum. D. Ioannem Fonſecam Epiſcopum Burgenſem atqꝫ Archiepiſcopum Roſañ. &c. Antonii Nebriſſenſis Regii Hiſtoriographi in Epiſtolas/quę per annum in Eccleſia leguntur

## Præfatio.

ARnaldus Guillelmus Brocarius amplitudinis tuæ cliens adiuratus/admonuit me: vt epiſtolas Pauli atqꝫ prophetias: quæ per om̃es grãmaticorũ ſcholas enarrari cõſueuerũt: quod ad orthographiã pertinet/caſtigarẽ: quodqꝫ ad enucleandos ſenſus cõducit: pungerẽ diſpungeremqꝫ: atqꝫ omnia cęſa quæ plærũqꝫ reperiunt̃ cõfuſa: colo & comate diſtinguerẽ. Addidit præterea vt huius laboris mei rationem Dignationi tuæ potiſſimũ reddere: quando ad cenſuram tuam pertinet: & quas diſciplinas eſſe in tam numeroſo clero: & quales quęqꝫ addiſcere: & quouſqꝫ oportet: decernere. Ego vero qui nõ alterius cuiuſquã nominis recordatione magis delector quã tui: & quod homini de me præclare merito nihil potui denegare: ſuſcepi prouinciam hãc non tã opinor honorificam q̃ꝫ oneroſam. Sed illud in primis hoc in loco pręfandum eſt: quod quemadmodum nulli ſunt in vſu eccleſiaſtico libri frequentiores: q̃ꝫ ex veteri teſtamẽto regis Dauid pſalterium: & ex nouo epiſtolæ Pauli: ita nulli difficiliores. Alter propter linguæ iampridem obſoletæ antiquitatem: alter propter linguæ gręcæ in qua ſcripſit ignorationem. cui acceſſit alia ex latinio interprete difficultas. Et ne quis calumniet̃ me quod de Paulo dixi: ſubiic iam Hieronymi verba ex epiſtola ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Algaſiam: tractantis illud ex epiſtola ad Coloſſenſes. Ne=
mo vos ſuperet in humilitate mentis. Quod crebro in=
quit diximus: & ſi imperitus ſermone non tamē ſcientia:
nequaquam Paulum de humilitate: ſed etiā de conſcientię
veritate dixiſſe etiam nūc approbamus. Profundos enim
& reconditos ſenſus lingua non explicat. Et cum ipſe ſen=
tiat quid loquatur: in alienas aures puro non poteſt tranſ=
ferre ſermone: quem cū in vernacula lingua habebat diſer
tiſſimum: quippe vt hebręus: & ad pedes eruditus Gama
lielis viri in lege doctiſſimi: ſeipſum interpretari cupiēs in
uoluitur. Si autem in gręca lingua hoc ei accidit: quod nu
tritus in Tharſo ciliciæ a prima ætate imbiberat: quid de
latinis dicemus: qui verbum ex verbo exprimere conan=
tes obſcuriores faciūt eius ſententias: & velut herbis creſcē
tibus frugum ſtrangulāt vbertatem. Et quod in eadē epi
ſtola ſubdit: quæ ſunt rationem quidem habentia ſapien=
tiæ. Hoc ait in loco/quidē/coniunctio ſuperflua eſt: quod
in pleriſq; locis propter imperitiā artis grāmaticæ Apo=
ſtolum feciſſe reperimus. Neq; enim ſequitur/ſed/vel alia
coniunctio: quæ ſolet vbi quidē poſitum fuerat reſponde=
re. Nam quidē plærūq; aduerſatiua reperitur. Hæc hiero=
nymus: quæ ſunt a me tam multis repetita: vt oſtenderem
multo maioris eſſe negocii hoc opus: quā quod a grāma
ticis tractari debeat. Ad duas ſuperiores quas Hieronym9
enumerat difficultates: acceſſit tertia: quam induxerūt illi:
qui ex veteris ac noui inſtrumenti libris diuini cultus offi
cia ordinarūt addentes: mutilantes: mutātes: inuertētes ꝓ=
totyporum verba. Vt quod in ipſo ſtatim initio epiſtolæ
quæ legitur in dominica prima aduētus: Scientes quia ho
ra eſt iam nos de ſomno ſurgere. In græco vnde & epiſto=
la venit ad latinos: ſic ad verbum eſt. & hoc ſcimus ſcientes
tēpus quod hora eſt. Et reliqua. Manifeſtum eſt adiectum
eſſe fratres: ſed repetitum a ſuperioribus. detractum tēpus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et quia/poſitum pro q̃. Sed hæc vtcũq; tolerabilia: quia non mutatur ſententia: illud nulla ratione excuſabile. q̃ feria quarta ſequente ex Eſaia propheta legitur: quia cõpleta eſt malicia eius. Nam ꝓ malicia velint nolint vitilitigatores iſti: legendũ eſt militia: quod in hebręo eſt. Sed hæc & huiuſmodi alio tẽpore diſputabuntur cõmodius. Nũc in hac tui nominis præfatiõe tantũ lectorem admonemus: nihil nos mutaſſe ex eo quod ĩ voluminibꝰ caſtigatis habetur: etiam ſi contra artis grãmaticæ pręcepta ſcriptũ reperiatur: admoniti autoritate Quintiliani oratoriarũ inſtitutionum libro primo: vbi de vetuſtate. quędã inquit ſũt: quæ mutare vetat religio: & cõſecratis vtendũ eſt. Sed plura feci quam quæ amicus ille meus idemq; tuus familiaris exigebat. Neq; enim tãtum cæſa colo comateq; diſtinxi: ſingulis dictionibus orthographiam ſuam accõmodaui: ſed & quędam ſcholia gloſulaſq; adiunxi: atq; locos quoſdam obſcuriores audacius paraphraſi verti. Hæc amplitudini tuæ narraui: non quo putem puerilia hęc ad te pertinere: ſed vt ſtudiorum meorum ratio tibi vnico honoris mei amplificatori conſtet. Vale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Argumentum epiſtolarum.

DEcem epiſtolas Paulus ad diuerſas eccle
ſias ſcripſit. Ad Romanos vnam. Ad Co
rinthios duas. Ad Galathas vnam. Ad
Epheſios vnam. Ad Philippenſes vnã.
Ad Coloſſenſes vnam. Ad Theſſaloni-
cenſes duas. Ad Hebręos vnam. Roma
ni notiores ſunt. quam vt in pręſentiarũ
de illis quicquã dici debeat: ad q̃s ſcribit ex corintho. Co
rinthii habitabant vrbem illam clariſſimã totius Achaię:
qua parte Pelopõneſſus per Iſthmon gręcię annectitur.
Ad hos ſcribit ex Epheſo epiſtolam primam. Secundam
vero ex troade. Galatę populi ſunt habitantes Galatiam
regionem: quę prius gallogręcia dicebatur. Ad hos ſcri-
bit ex Epheſo. Epheſii vrbem habitant nobiliſſimam
Ionię ſiue Aſię minoris vt in principio Apocalypſios le-
gitur. Ad hos ſcribit ex vrbe Roma: cum eſſet in carcere
per Tichicum diaconem. Philippenſes vrbem habitant
Macedonię philippos ſic appellatam a Phillippo Mace-
donum rege atq; magni Alexandri patre. Ad hos ſcribit
ex vrbe roma cum eſſet in carcere. Coloſſenſes vrbem
habitant Aſię proprie dictę coloſſi: non vt quidam ineru-
dite dicunt Rhodi inſulę: propterea quod in illa fuit coloſ
ſus memorabilis Apollini dedicatus atq; alii centum mi-
nores coloſſi atq; ab illis dictos Coloſſenſes: ſed quemad
modum Hieronymus ſcribit: Aſiani ſunt: atq; Loadiceę
finitimi. Coloſſorũ vrbis meminit Plinius libro. xxxv.
naturalis hiſtorię. In coloſſis inquit flumen eſt in quo late
res deiecti lapides extrahuntur. Ad hos ab Epheſo ſcribit
iam ligatus per Tichicum diaconem & Oneſimum aco-
lytum. Theſſalonicenſes vrbẽ habitãt Macedonię Theſ
ſalonicam in ora maritima ſinus Macedonici ſitam. He-
bręi dicti ſunt non ab heber vt aliqui putauerunt: ſed ab



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

abraam hebręo ſic cognominato poſtea quam veniēs in terram Chanaan pertranſiit Euphraten. Heber nãq; gręce interpretatur perotes: latine tranſitor. Poſtea appellati iudęi a iudęa regione quę duas tribus complectebatur iudę & beniamin. Ad hos ſcribit apoſtolus ſi modo eius eſt epiſtola quę inſcribitur ad hebręos: ſiue aliũde in familiã illius aſcita. Sunt & quattuor eiuſdem apoſtoli priuatim ad diſciplos ſcriptę. Ad Timotheũ duę. Ad Titum Cretę inſulę pręſulem vna. Ad Philemonem item vna. Sunt prӕterea aliӕ ſeptem epiſtolę quę dicuntur canonicę. Iacobi vna. Petri duę. Ioannis tres. Iudę vna: de quibus nihil attinet impręſentiarum dicere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dominica prima in aduentu dñi: in quo legũtur epiſtole Pauli & prophetie ex Eſaia: in quibus fit mentio triplicis aduentus dñi: ſcz cotidiani per gratiam. Annui per ſolemnitatem temporalis generationis. Extremi iudicij: quo viui & mortui ſunt iudicãdi.

Fratres ſcientes. Segmentum hoc ex epiſtola Pauli ad Romanos trãſlatum eſt Cap. xiij. i quo poſtea quã exhortat⁹ eſt illos ad obedientiã principũ & ad proximi dilectionem infert. Scientes tempus. Sic enim in greco legitur & ſubauditur ſimus. nam apud hebreos & grecos frequẽter: apud latinos quoqꝫ nõnunquã ſum es fui ſupprimit. Quia hora eſt. Quia pro qꝫ poſuit: qꝫ in ſacris literis frequẽter legit: ſed pperã vt eſt illud. ſcitis qꝫ poſt biduum paſcha fiet. qꝫ nõ reddit cauſã: ſed coniũctio tm̃ ſimplex eſt. De ſomno ſurgere. Metaphora eſt vel poti⁹ allegoria: ſicut q̃ ſequuntur. nox. dies/lux/ tenebre. ſunt quoqꝫ antitheta. i. contra poſita. Propior. Pro eo quod eſt propinquior a prope. grece propius nos eſt ſalus. vt ſit propius prepoſitio. ſed idẽ eſt ſenſus. Quã cũ credi. Ante aduentũ chriſti. nam quod credidimus tunc: iã cernimus. Induamur arma. Ex ſpeciali ſignificatu verbi induo. alioqui nullũ verbũ paſſiuũ niſi figurate conſtruitur cum accuſatiuo. Sicut in die. In greco vna particula eſt ſicut videlicet ſic aut tanquam. Non in commeſſationibus. i. conuiuijs. vel potius compotationibus poſt cenam ad multã

Incipit libell⁹ epiſtolarũ in quo cõtinentur omnes epiſtole & prophetie quæ cantantur in eccleſia per anni circulum. Incipiendo a prima dñica aduentus vſqꝫ in eandem dominicam.

Dñica prima aduẽt⁹. Epiſtola bti Pauli ad Romanos. Capitul. xiii.

Fratres. Scientes quia hora eſt iã nos de ſomno ſurgere: nunc enĩ propior eſt noſtra ſal⁹ quã cum credidimus. Nox preceſſit: dies autẽ appropiquauit. Abiiciam⁹ ergo opera tenebrarũ: & induamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulemus. Nõ ĩ comeſſationib⁹ & ebrietatib⁹. Non in cubilib⁹ & impudicitiis. Nõ in cõ:

cercan i. lex euã gecá in cord hominũ ſen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noctē. De comeſſationib⁹ Ariſtoteles multa in politicis. In cubilib⁹ ⁊ impudicitijs. Per endiadin in lectis impudicis: ⁊ eſt anaphora: qm̄ ter: nō: ꝑicula reperit. ⁊ dyalitō qa ſubtrahit cōiunctio. Induimini dn̄m ieſum. Sic in alio loco induite nouū hominem.

¶ Feria quarta eiuſdem hebdomade.

tētione & æmulatione: ſed induimini dominum ieſum christum.

Fer.iiii. Eſaiæ ꝓphetæ. Cap.xl.

Conſolamini conſolamini pp̄le meus: dicit dominus deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem & vocate eam. quoniam cōpleta eſt malicia eius: dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamātis in deſerto: parate viam domini: rectas facite in ſolitudine ſemitas dei nr̄i. Oīs vallis exaltabitur: & oīs mons & col-

Hec dicit domin⁹ deus: Conſolamini. ⁊c. Segmētum ex Eſaia ꝓpheta cap. xl. nam poſtea quam in ſuperioribus denūnciauit peccatorū punitionem: hic ſubiungit iuſtorum conſolationem dicens: Conſolamini. ⁊c. Conſolamini in voce paſſiua/ ab eo quod eſt conſolo.as. Varro in oedipo. per idem tēpus oedip⁹ athenas exul venire dicebatur: qui cōſolaret: ⁊ eſt epizeuſis. i. eiuſdem verbi ſubiunctio. vt Cicero veniet veniet illa dies. Popule me⁹. quia nomen eſt collectiuum cū verbo plurali iūgit. ⁊ meus in vocatiuo poſuit ꝓ mi: queādmodū ⁊ Lucanus in. ij. dixit. Degener o pp̄lus: ⁊ Vergili⁹. Fluui⁹ regnator aquarū. Loquimini Grecū ad ſacerdotes refert. Loquimini ad cor. Metaphore ſpecies a ꝑte corpis ad aīm. vn̄ concordes ⁊ diſcordes dicti. Cōpleta eſt malicia. Mendū inexcuſabile mutatione vnius littere malicia ꝓ militia etiā refragrātibus libris recētioribus. nā antiqui oēs ad vnū habēt militia: ꝓ quo in hebreo Sabaoth. i. exercitus legitur hoc eſt militia in illa ſignificatione de qua ī Iob militia eſt vita hoīs ſup terrā: ī greco tapinoſis. i. hūiliatio eſt ꝓ militia: vt nullo mō relinquat locus malitie. Duplicia. quia maiora ſunt data bona quā fuerūt mala. Vox clamātis. ꝑticipiū ꝓ qd̄ hebrei ſupplēt pn̄s īdicatiui q̄ carēt. ſubaudiēdū qꝫ xbū ē. ⁊ ē allegoria q̄ intelligēda ē ēt ī ſēſu litterali de ioāne baptiſta vl̄ oīm euāgeliſtaꝝ teſtimōio. Mōs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis humiliabitur:& erunt praua in di-recta:& aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini:& videbit omnis caro pariter quod os domini locutū ē. Vox dicētis. Clama. Et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fœnum:& omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnū:& cecidit flos: quia ſpiritus domini inſufflauit in eo. Vere fœnum eſt populus:exiccatum eſt fœnum:& cecidit flos: verbū autem domini manet in æternum.

Fer. vi. Eſaię ꝓphetę. Cap. xlii.

HAec dicit dñs de⁹. Ecce ſeruus meus ſuſcipiā eū:electus me⁹ cōplacuit ſibi in illo aīa mea. Dedi ſpiritū meū ſuper eū:iudicium gētibus ꝓfert. Nō clamabit:nec contēdet: nec accipiet ꝑſonā:nec audiet vox eius

¶ collis differūt:quia montes ſunt ꝑpetui:⁊ colles interciſi aut ſeparati in tumorē ſurgētes. Praua.i.a rectitudine diſtorta ⁊ obliqua. In directa: ideſt in rectitudinē reducta. Glĩa dñi.i.verbū hūanitati cōiūctū. Ois caro.i.hō vt ſit pars ꝓ toto. Q.d.ſ.verbū. Locutū eſt ſub.per ꝓphetas de illius aduētu. Vox dicētis:vt ſupra vox clamātis. Ois caro. Hec eſt predicatio Baptiſte de hois fragilitate: ⁊ verbi incarnati cū patre ⁊ ſpiritu ſancto eternitate. Foenū in hebreo herba ſimpliciter eſt: foenū ⁊ flos trāſlationes ſunt. Spiritus i.ventus a deo miſſus alioqui ſpiritus domini omnia creat ⁊ renouat:vt inquit pſalmographus. ⁊ Vergilius Spiritus intus alit.

¶ Feria ſexta eiuſdē hebdomade.

ECce ſeru⁹ meus Ex eodē Eſaia cap. xlij. Ubi poſteaq̄ oſtendit dilectionē dei ad populum iudaicū excollatis in eum beneficijs:hic oſtēdit illud idem ex filio quē illi miſit. nā de chriſto debere intelligi ⁊ nō de Cyro Perſaꝝ rege etiā hebreoꝝ pleriq̄ teſtātur. Ecce ſu⁹.ſubaudit adeſt:nō vt grāmatiſte qdā dicūt: qđ ponit abſolute. Et ecce ſuus de re iprouiſa dr̃. Suſcipiā eū.qa nā diuina ſūpſit hūanā ⁊ qđ ſemel aſſūpſit nūq̄ dimiſit. Elect⁹ me⁹.iteꝝ ſubaudi adeſt. Cōplacuit i illo. ſic i Luc.iij.i te cōplacuit mihi:⁊ ē dictū ex idiomate hebraico:ꝓ mihi places. Spm̄ meū ďdi. Eſa.lxj. Spūs dñi ſup me:eo qđ vnxerit me:vñ xp̄s. Judiciū ꝓfert. vñ Joā.v. Pr̃ oē iudiciū ďdit filio. nō clamabit.i.nō erit clamoſ⁹ nec ↄtētioſ⁹ nec q̄rul⁹. nō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accipiet pſonā.i.nō erit acceptor perſonarū. Calamū quaſſatū nō
cōteret.ſꝫ potiꝰ cōſolidabit. Lignū fumi nō extin.ſed potiꝰ accēdet.
Educet iudiciū.i.vere iudicabit. Nō erit tri.nec tur.ſed trāquillo
⁊ ſereno vultu. Donec ponat.⁊ poſtea multominꝰ.vt Pſal.cix.Do
nec ponā inimicos tuos. Inſule.nō ſolū orbis ꝯtinētis incole ſꝫ in-
ſularū ⁊c. Creās.i.q̄
omnia hec facio ⁊ poſ
ſum quoqꝫ filiū mitte-
re. Et extēdēs eos.iu
xta illud ps.ciij. Extē
dēs celum ſicut pellē.
Dans flatū et ſpm̄.i.
animā ⁊ vitam. Ego
dn̄s vocaui te.Vba ſūt
pr̄is ad filiū. In fedꝰ
i.vt ſis mediator īter
me ⁊ hoies.In lucem
gē.i.gentiliū. Luce.ij.
Lumē ad reuelationē
gentium. De conclu-
ſione.i.de carcere pec
cati et mortis. Ego
dominus. In hebreo
hoc ī loco eſt nomen
illud ineffabile tetra-
grāmaton.i.quattuor
lrāꝝ. Et laudē.repete
nō dabo.qꝛ deus zelo-
typus eſt:q̄ nō patit̄ in
hoc conſortem. Que
prima lex moſis. No
ua annūcio.Vbi incar
nationē. Hierem.xxxi.Creauit dn̄s nouū ſuper terrā:femina circun-
dabit virū. Anteq̄ oriant̄.i.fiāt. Audita faciā.i.audietis per ꝓphe
tas. Cātate.gratiarūactio eſt pro tāto bn̄ficio accepto aut accipiē-
do. Ab extremis.i.a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum. Deſcēditis in ma-
re.rectius conſcēditis.Vergil.j.en. Cōſcēdi nauibꝰ equor. Et pleni

redempcio [illegible]

foris Calamū quaſſatū nō cōteret:& li
gnū fumigās nō extinguet. In verita-
te educet iudicium. Nō erit triſtis:nec
turbulētus: donec ponat in terra iudi
ciū:& legē eius īſulę expectabūt. Hęc
dicit dn̄s deus creans cœlos & extēdēs
eos:firmās terrā & q̄ germinant ex ea:
dans flatū populo qui eſt ſup terrā: &
ſpiritū calcātibus eā. Ego dn̄s vocaui
te in iuſticia:& apprehendi manū tuā:
& ſeruaui te & dedi te in fœdus populi
in lucem gentiū:vt aperires oculos cę
corum: & educeres de cōcluſione vin-
ctū: & de domo carceris ſedentes in te
nebris. Ego dn̄s: hoc eſt nomē meū.
Gloriā meā alteri nō dabo:& laudem
meā ſculptilibꝰ Quę pria fuerūt ecce
venerūt: noua quoqꝫ ego annūcio:an
tequā oriantur audita vobis faciā.Can
tate dn̄m cāticū nouum.Laus eius ab
extremis terræ.Qui deſcēditis in ma-
re & plenitudo eius:inſulę & habitato

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tudo eius scꝫ maris cātet: vt in cātico. Benedicite maria ⁊ flumina dño. ⁊c. Letet̃ desertū .i. exultet. quale illud est. Mōtes exultauerūt vt arietes. In domibꝰ cedar. regio est Arabie dicta ab vno ex duodecim filijs Ismael: de q̄ in ps. Habitaui cū habitātibꝰ cedar. Habitabit sub messias: de quo hic agitur. Habitatores petre. q̄ ciuitas quoqꝫ est Arabie ĩ terra Edō ab Assyrijs dicta Recē̄. vñ Arabie petre nomē. Clamabunt: scilicet habitatores petre. Dñs sicut: idest exurget in sceleratorum vltionem.

res eaꝝ. Letetur desertum & ciuitates eius: in domibꝰ habitabit cedar. Laudate eum habitatores petre: de vertice montiū clamabunt. Ponent dño gloriam: & laudē eius in insulis nūciabūt. Dominus sicut fortis egrediet̃: & sicut vir præliator suscitabit coelum. Vociferabitur & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

Dñica. ii. Pauli ad Romanos. Ca. xv.

FRatres: Quæcunqꝫ scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt: vt per patiētiā & consolationem scripturarū spem habeamus. Deus autē patiētię & solatii det vobis idipsum sapere in alterutrū secundū iesum christū: vt vnanimes vno ore honorifice-

¶ Dominica scd'a aduentus.

FRatres: Quecūqꝫ. Ex ep'la ad Romanos Ca. xv. Hec clausula ex supiori pēdet: naꝫ dixerat supra validos infirmoꝝ ĩbecillitates debere tolerare: sicut ⁊ chr̄s m'lta perpessus est. citat̃ illō ex psalmo. lxviij. Opprobria exprobrātium tibi ceciderūt sup me. et sequit̃: operui in ieiunio animā meā. ⁊ deinde subdit rationē eius qō dixit neminē debere sibi placere sed imitari christū: q2 quecunqꝫ eis scripta sunt ⁊c. ⁊ suppressit enim particulā: reddens causam: qm̄ nō posuit illud cuiꝰ causam reddebat. In verbis tñ ↄsecrationis nō supprimit̃: q2 reddit causā eiꝰ qō sacerdos opaturꝰ p̄dixerat hoc est enī corpꝰ meū. Ut p patiētiā .i. expectationē: nā hypomene est expectatio ab hypomeneo qō est expecto vl' sustineo. Scripturaꝝ .i. coꝝ q̄ scripta sūt. Deꝰ patiētie .i. q̄ dat patiētiā. Et solatij. Cur mutauit v'bū patiētie ĩ solatiū cū vtrobiqꝫ sit ĩ greco paclesis: cū solatiū ⁊ ↄsolatio differāt? Idipm sapere: p idē ex figura greca dr̃ nō latine. In alter-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

utrū.inuicē ſiue mutuo dicendū fuit:nō in alterutrū qḋ ſignificat alterū e duob⁹ qḋ velis. Suſcipite iuicē.ſ.validi īfirmos. Suſcepit vos.qꝛ infirmitates nr̄as ipe tulit:ꝛ dolores nr̄os ipe portauit. Miniſtrū circūciſionis.i.iudaiſmi:qꝛ venit ꝓpter oues q̄ perierūt de domo iſrl̄. Propter veritatē.i.vt ea q̄ facta eſt repromiſſio adimpleret̄ ex iuſticia:ſꝫ gētes hoc eſt gētiles ꝓpt̄ miam: ſed ſup poſuit ꝓ eo qḋ eſt ꝓpter. de vocatiōe aūt gētiū plena eſt ſacra ſcriptura:ſꝫ h̄ paul⁹ q̄dā locos ponit p̄s xvij. ꝓpt̄ea ꝯfitebor tibi i gētib⁹.Editio cōis hꝫ in nationib⁹ qḋ idē ſt.ꝛ ex Pſal. Letamini gētes cū plebe ei⁹.ꝛ ex p̄s. cxvj. Laudate dñꝫ oēs gētes. Eſa.ca. xj. i die inq̄t illa radix ieſſe. i eū gētes ſpabūt ſiue vt trāſlatio hebraica hꝫ: eū gētes depcabunt̄. ꝛ ꝓ eo qḋ greci dicunt ieſſe:hebrei dicunt iſai ex cauſa nob alıubi aſſignata. De⁹ autem.more ſuo Paulus bene precatur credentibus.

tis deū & patrē dñi noſtri ieſu chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicē ſicut & chriſtus ſuſcepit vos in honorē dei. Dico autem ieſum chriſtū miniſtrū fuiſſe circūciſionis:ppter veritatem dei ad cōfirmandas promiſſiones patrū. Gētes autem ſup miſericordia honorare deum:ſicut ſcriptū eſt. Propterea cōfitebor tibi in gētib⁹: & nomini tuo cātabo. Et iterū dicit. Lętamini gētes cū plæbe eius. Et iterū. Laudate omnes gētes dominum: & magnificate eum oēs populi. Et rurſum Eſaias ait. Erit radix ieſſę: qui exurget regere gētes:in eum gētes ſperabūt. Deus autem ſpei repleat vos omī gaudio & pace in credendo:vt abūdetis in ſpe & uirtute ſpiritusſancti.

Feria.iiii.Eſaiæ pphetę. Ca.xliii.

HAec dicit domin⁹ deus: Creās te Iacob & formans te Iſrael. Noli timere quia redemi te: vo

Feria quarta eiuſdem hebdomade.

HEc dicit dñs.Creās te Jacob. Ex Eſa.ca.xliij. Ubi poſtq̄ in ſupiorib⁹ egit de miſſiōe Xp̄i: hic agit̄ de multiplicatiōe fideliū:q̄ ſucceſſerūt i gētī iudaice locū.vñ nō ſolū hereditatē ſꝫ ꝛ noīa ſortiti ſūt q̄ſi i familiā illā aſciti. Creās te iacob.i.o chr̄iana ꝛ fidel̄ gēs.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Noīe tuo.ſ.Jacob ⁊ iſrl':q̄ noīa iudei amiſerūt ⁊ chrīani accepert.
Dedi propitiationē tuā.i.dedi egyptū ſimilē tibi in ꝓpitiatione:redi
gendo illā in corp⁹ eccleſie myſticum vt ſim illi propicius ſicut ⁊ tibi.
Et Ethiopiā ⁊ Saba. Que ſunt Egypto cōtermine. nam Saba eſt
Arabie felicis portio. Pro te.i.tui multiplicādi cauſa. Honorabi-

caui te noīe tuo. meus es tu. Cū trāſie-
ris p aq̄s tecū ero: & flumia nō operient
te. Cū ambulaueris ī igne: nō cōbure-
ris: & flāma nō ardebit te. Quia ego
dn̄s deus tuus ſanctus iſrael & ſaluator
tuus: dedi propitiationē tuam Aegy-
ptum & Aethiopiā & Saba ꝓ te. Ex
quo honorabilis fact⁹ es ī oculis meis
& glorioſus: ego dilexi te. & dabo ho-
mines ꝓ te: & populos pro anima tua.
Noli timere quoniam tecū ſum ego.
Ab oriente adducā ſemen tuum: & ab
occidēte congregabo te. Dicā Aquilo
ni da: & Auſtro noli ꝓhibere. Affer fi
lios meos de lōginquo: & filias meas
ab extremis terræ. Et omnē qui inuo
cat nomen meū: in gloriā meam crea-
ui eum: formaui eū: & feci eum. Educ
foras populū cæcum & oculos habē-
tem: ſurdū & aures ei ſunt. Omnes gē
tes congregatæ ſunt ſimul: & collectæ
ſunt tribus. Quis in vobis annunciet
iſtud: & quę prima ſunt audire vos fa-

lis factus es.ſub.o Ja
cob. Dabo homines
pro te.i.cauſa tui noīs
propagandi permittā
hominū mortes: ſiue
martyrum ſiue perſe-
quentiū illos. Ab oriē
te iuxta illd̄ Matthei
viij. Multi venient ab
oriēte ⁊ occidēte. Aq̄
loni.q̄ ſpirat a ſeptem
trione. Da ſubaudi
populos cōſtruēde ec-
cleſie mee. Auſtro.qui
ſpirat a meridie. Noli
prohibere.ſubaudi ve
nire. Affer filios me-
os. Deus alloquit' hec
loca que enumera-
uit a quattuor mun-
di partibus. Et om-
nem. creaui eum.
Ex figura hebraica ⁊
greca. ſicut illud cui⁹
participatio ei⁹ in id-
ipſum.nā cuius ei⁹ la
tine nō diceret'. Educ
foras. vt ſupra affer fi-
lios. Ppl'm cecū. Cuiuſmodi ſūt iudei:q̄ hn̄t oclos ⁊ nō vidēt. Sur
dū.vt illd̄ aures hn̄t: ⁊ nō audiēt. Oēs gētes. Jā hoc ad vocationē
gētiū ptinet:q̄a ſupiora de hebreis dici videbant'. Quis ī vob̄.ſub
audi o gētes Annūciet iſtud.quaſi dicat:nemo niſi ego dn̄s. Pria

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt.i.principalia.Dent teſtes eoꝝ.ſ.dijs gētium. Et iuſtificētur. ſi poterunt. Et audient.ſ.futura. Et dicant eadē futura.Et eſt hyſterologia.prius enim dicitur aliquid ꝙ auditur.quaſi dicat: illi nō poterunt:ꝛ ego potero. Vere vos teſtes mei.Verba ſunt dei ad apoſtolos ꝛ prophetas.iuxta illud: ꝛ eritis mihi teſtes in Jeruſalem ꝛ iudea.Et ſeruus me⁹.

ciet:Dent teſtes eorū & iuſtificentur:& audiant & dicāt. Vere vos teſtes mei dicit dn̄s.Et ſeruus meus quem elegi.Vt ſciatis & credatis mihi & intelligatis: quia ego ipſe ſum.Ante me nō eſt formatus deus: & poſt me non erit. Ego ſum dominus:& non eſt abſqꝫ me ſaluator.Ego annūciaui & ſaluaui.Auditū feci:& non fui in vobis alien⁹.Vos teſtes mei dicit dn̄s:& ego deus.Et ab initio ego ipſe: & non eſt qui de manu mea eruat.Operabor & quis auertet illud:ait dominus omnipotens.

ſi loquiť pater de filio eſt intelligēdum. Si filius de quocunqꝫ electo ad id opus. Credatis mihi.cū videritiſ cōpleta:ꝙ predixi vobiſ Vt ſciatis.hoc experimēto quod dixi. Ego ipſe.Emphaticō eſt.ipſe.quaſi dicat:ꝛnō ali⁹ quiſpiā. Ante me ꝛ poſt me.Quia dei eſſentia nō menſuratur niſi eternitate. Ego annūciaui: ideſt predixi ſalutē futuram. Et ſaluaui.ꝑ filiū. Alienus.i. deus qui talia faceret. Vos teſtes Ex p̄dictis patent ſequentia. De manu mea eruat.ꝑ eruatur.

¶ Fe. vi. Eſaie ꝓphete. Cap.li.

HAec dicit dn̄s. Audite me qui ſequimini qđ iuſtum eſt:& quaeritis deum. Attēdite ad petram

nam eruo actiuum eſt. Operabor:ſcilicet ſalutem gentiū. Auertet illud:ideſt prohibebit ſalutem gentium.

¶ Feria ſexta eiuſdem hebdomade.

Audite me qui ſequimini. ex Eſaia Capituľ.lj. vbi remouetur quoddam impedimentum liberationis faciende per meſſiam quoniam aliqui ex hebreis deſperabant hanc liberationem. itaqꝫ cōfirmatur in primis hec ſpes exemplo.dicit itaqꝫ dominus ad fideles Ad petram:ideſt ad abraam qui appellatur petra ꝓpť fidē: quo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niam credidit abraam deo. Ad Saram. quoniam ex iis duobus propagati ſunt hebrei. Unum vocaui: ideſt ſolum ⁊ ſine ꝓle. quã do Geneſis. xij. dixit illi: Egredere de terra tua: ⁊ de cognatione tua. ¶Conſolabitur ſion: ideſt eccleſiam. ſic enim accipitur ſion in pleriſq; locis. Deſertum. quod alias eſt ſterile. Et ſolitudinem. idem eſt quod deſertũ. quaſi dicat: quod eſt ſterile fiet foecũdũ. Attẽdite. hic remouet verbo impedimẽtũ ꝓfatũ. Quia lex a me exiet. ſcꝫ euãgelica. Et iudiciũ .i. legis executio. In lucẽ ꝑplor̃. vt nõ intelligat̃ de lege Moſis q̃ ad vnũ ppl'm ꝑtinebat. Iuſtus meꝰ .i. chriſtꝰ. Saluator meus .i. quẽ ego mittam veſtrum ſaluatorem. Brachia mea; ideſt filius. mee vires. Idem capit. liij. Et brachium domini cui releuatum eſt. Inſule: ideſt gentes. Suſtinebunt. ideſt patienter expectabunt. Leuate confirmatio eſt promiſſi. In celum. quod liqueſcet ⁊ euaneſcet ſicut fumus. Et terra que atteretur vt veſtis. Salꝰ mea .i. xp̃s: vt ſupra dixit ſaluator meus.

vnde exciſi eſtis: & ad cauernã laci: de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraã patrem veſtrum: & ad Saram que peperit vos. Quia vnum vocaui eum: & multiplicaui eum. Cõſolabitur ergo dominus ſion: & cõſolabitur omnis ruina eius. Et ponet deſertum eius quaſi delicias: & ſolitudinem eius quaſi ortum domini. Gaudium & lætícia inuenietur in ea gratiarum actio & vox laudis. Attendite ad me popule meus: & tribus mea me audite. Quia lex a me exiet: & iudicium meum in lucem populorum requieſcet. Prope eſt iuſtus meus: egreſſus eſt ſaluator meꝰ: & brachia mea populos iudicabunt. Me inſulę expectabunt: & brachiũ meũ ſuſtinebũt. Leuate in cœlũ oculos vr̃os: & videte ſub terra deorſum. Quia cœli ſicut fumus liqueſcent: & terra ſicut veſtimentum atteretur: & habitatores eius ſicut hęc interibũt. Salus aũt mea in eternũ erit: & iuſticia mea non deficiet: ait dominus omnipotens.

¶Dominica tertia aduentus.

¶Dominica tertia. Pauli ad Corinthios pria. Cap. iiii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

FRatres. Sic nos exiſtimet homo. Ex epiſtola Pauli ad Corinth.j.cap.iiij. Dixerat pauloante nos nõ debere gloriari in hominib⁹:ſed oĩa in deũ eſſe referenda. nũc infert. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti.i. nõ dominos ſed gratiarũ chriſti diſpenſatores. Fidelis. hoc primũ in diſpenſatore deſideratᷣ:ſcȝ fidelitas. Pro minimo eſt .i. minimifacio ꝛ paruipẽdo:qꝛ vni tãtũ domino meo chriſto ieſu placere volo. Humano die.i. ab hoĩe huius vite teſte. Nec me iudico.qꝛ ꝛ ſi nõ ſum mihi cõſcius cuiuſquã fraudis in diſpẽſatione:nõ idcirco iudico me fidelẽ:ſed dñs cui ſeruio. Nolite: ſcȝ vos o Corinthij. Abſcondita tenebrarũ.i.occulta et q̃ interim latẽt. A deo. qꝛ bonos ꝓbabit malos improbabit

FRatres. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti & diſpẽſatores myſteriorũ dei. Hic iam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatᷣ: Mihi ꝑ minimo eſt vt a vobis iudicer aut ab hũano die: ſed nec meipm̃ iudico. Nihil em̃ cõſci⁹ ſum: ſed nõ in hoc iuſtificat⁹ ſum. Qui autem iudicat me: dominus eſt. Itaqȝ nolite ante tẽpus iudicare: quoaduſqȝ veniat domin⁹ qui & illuminabit abſcõdita tenebrarũ: & manifeſtabit cõſilia cordiũ: & tũc laus erit vnicuiqȝ a deo.

¶ Feria.iiii. quattuor tẽporum.

Lectio Eſaiæ ꝓphetæ. Cap̃.ii.

IN dieb⁹ illis. Dixit Eſaias: erit in nouiſſimis diebus ꝑparatus mons domus dñi in vertice montiũ: & eleuabitur ſuper colles: & fluent ad eũ om̃es gentes: & ibũt populi multi & dicent.

¶ Feria.iiij. quattuor temporum.

IN diebus illis. Dixit eſaias erit in nouiſſimis. Ex eſaia cap̃.ij. Ubi poſteaq̃ in ſuperiori capite deſcripſit euerſionẽ regni iudeoꝝ: hoc ĩ loco oſtẽdit eccleſie erectionẽ. Itaqȝ dicit. Erit in nouiſſimis diebus: de quibus dꝛ Geñ.xlix. A moriẽte Jacob cõgregamini vt annũciem vobis quid futurũ ſit in nouiſſimis dieb⁹. ꝛ paulopoſt. nõ deficiet princeps de Juda: donec veniat cui ꝓmiſſum eſt. Mons domini. ideſt eccleſia: que habuit originem a monte ſion: in quo Hieruſalem fundata eſt. Super colles.i. ſuper alios ẽre principatus. Om̃es gẽtes: ad q̃s magis q̃ ad iudeos pertinet eccleſia. Act.xiij. Ecce conuertimur ad

Venite aſcēdamus ad montem domi- ni: & ad domum dei Iacob: & docebit nos vias ſuas: & ambulabim⁹ in ſemi- tis eius: quia de ſion exibit lex: & ver- bum domini de hieruſalem. Et iudica bit gentes: & arguet populos multos. Et conflabunt gladios ſuos in vome res: & lāceas ſuas in falces. Non leuabit gens cōtra gentē gladium: nec exerce buntur vltra ad prælīū. Dom⁹ Iacob venite & ambulemus in lumine dn̄i.

¶ Lectio Eſaiæ ꝓphetæ. Cap. vii.

IN diebus illis. Loquutus eſt dn̄s ad Achaz dicēs. Pete tibi ſignum a domino deo tuo in ꝓfundū infer- ni ſiue in excelſū ſupra. Et dixit Achaz Non petam: & non tentabo dominū. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parū vobis eſt moleſtos eſſe hoībus: quia moleſti eſtis & deo meo?

Gentes. De ſion. Uerba ſunt Eſaie nō gentiū. Et iudicabit gētes. ſcilicet verbū diuinū: cui data eſt omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. Gladios in vomeres. pacē illam ſignificat q̄ fuit ſub Auguſto Ce ſare: quo tēpore ſaluator natus eſt. quod dicitur ex eo quod in pace agricultura exercetur ⁊ inſtrumēta bellica conflantur in ruſtica in ſtrumēta. Lanceas in falces. putatorias. meſ ſorias: ⁊ fenarias. Ue nite. Uerba ſūt Eſaie ad iudeos exhortātis eos vt veniant ſecum ad viam rectam: quā- doquidem gentes ar- ripiunt hereditatem il lis debitam.

IN diebus illis. Loquut⁹ eſt do- minus. Ex Eſaie cap. vij. De chriſto ad lit- teram hec prophetia eſt intelligenda etiam euāgeliſte teſtimonio. qui hec verba ad chri ſti temporalem gene- rationem pertinere di cit. Hoc totum inquit factum eſt: vt implere tur quod dictum eſt per prophetam dicen tem. Ecce virgo ha- bebit in vtero ⁊c. Sed quia plures ſenſus litterales poſſunt dari in eodem verborū cōtextu exponat in vtroq; ſenſu ⁊ quē pre ſe fert lr̄a: et qui ſubintelligit. Achaz rex fuit iuda a Saule q̄rtuſdecim⁹ ad quē nunc loquit dn̄s per Eſaiam. Signū. ſ. liberatiōis ppl̄i tui. In profundū: ſcʒ ꝑ reſurrectionē alicui⁹ mortui. In excelſū. vt qs ſtet ſol vt tp̄e Joſue. Nō tētabo dn̄m. ſimulat ſe bonū Achaz cū ſit mal⁹: vñ ꝓpħa infert. Hoib⁹. i. ꝓphetis quos moleſtat. Deo meo



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nolētes eī⁹ ſignū accipere. Propter hoc.i.ad gloriā ſuā:aut ne ſitis illi moleſti. Dabit ſignū.ſ.liberatiōis ppl'i. Ecce ṽgo cōcipiet. Hoc de ṽgine dei pura eſt ſimpliciter intelligēdū:iudeis etiā repugnātibus. Emmanuel.qđ interp̄tať nobiſcū de⁹: nulli magis ꝗ chřo ad aptari pōt:i quē natura diuina ꝛ hūana coierūt. Butyꝝ ꝛ mel.ꝑ q̄ oē eduliū hoi aptū intelligit. eſt aūt butyꝝ bubul⁹ caſe⁹. Ut ſciat. vt particula nō cauſatiue ſed cōiūctio tantū eſt ordinē demōſtrās. Reprobare malum ꝛ eligere bonum. Per ſcientiā iā inde a cōceptu īfuſam homini q̄ idem erat deus.

¶ Feria ſexta eiuſdē hebdomade.

HEc dr dñs deus. Egrediet ṽga. Ex eſa. cap.xj.in quo pph̄a primo deſcribit myſteriū incarnatiōis ṽbi diuini:ꝛ eiuſđ natalis. deīde illi⁹ ſc̄titatē doteſqꝫ enūerat. Egrediet ṽga. ṽgo dei pura q̄ ducebat originē a dauid rege: q̄ fuit ieſſe ſiue iſai fili⁹. Et flos.i.chřs. de q̄ i cāticis. Ego flos cāpi ꝛ liliū ꝯualliū. Spūs dñi.q̄ in eū ꝯferet ſeptē ſua dona:q̄ h̄ enumerant. Oculoꝝ ꝛ auriū.ſ.corꝑaliū:ſed iudicabit ꝑ ſciētiā infuſā q̄ eſt hō:aut ꝑ increatā q̄ de⁹. Arguet ꝓ māſuet'.qđ fecit qñ arguit phariſeos q̄ ap'los inſimulabāt:qđ ſabbata violabāt. Percutiet terrā.i. h̄itatores tre. Virga or'.i.doctrina. Inficiet ipiū.đ ātixpo itelligit:đ q̄ ap'ls i ep'la theſſa.ij.tūc reuelabiť ille iiqu⁹ quē dñs ieſ⁹ inficiet ſpū or' ſui. Iuſticia cingulū.i.iuſti ꝛ ſancti adherebūt ei ſicut cingulū adheret lū-

Propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignū. Ecce virgo concipiet & pariet filiū: & vocabiť nomē eius Emmanuel. Butyrū & mel comedet: vt ſciat reprobare malū & eligere bonum.

¶ Feria ſexta. Eſaiæ prophetæ. Capituľ.xi.

HAec dicit dñs deus. Egredieť virga de radice ieſſe: & flos de radice ei⁹ aſcēdet. Et reqeſcet ſup eū ſpūs dñi: ſpirit⁹ ſapiētię & intellect⁹: ſpūs cōſilii & fortitudinis: ſpūs ſcietiæ & pietatis: & replebit eū ſpūs timoris dñi. Non ſecundū viſionē oculorū iudicabit: nec ſm auditū aurium arguet: ſed iudicabit in iuſticia pauperes: & arguet in ęquitate ꝓ māſuetis terrę. Et ꝑcutiet terrā virga oris ſui: & ſpū labiorū ſuorū interficiet impiū. Et erit iuſticia cingulum lumborum eius: & fides

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dis. In chaldeo legit: erūt iuſti circūcirca ei: τagētes fideliter appropinquātes ei: qđ dicit ꝓpter apl'os τ diſcipl'os. Cinctoriū neſcio an uſq apud autores cinctoriū legat̃ ꝓ eo qđ eſt cinctus: ſiue cinctura: ſiue ſemicinctum. ¶ Sabbato eiuſdem hebdomade.

IN dieb9 illis. Clamabūt ad dn̄m. Ex Eſaie cap. xix. Ubi poſteaq̄ dicit ꝓpheta. erit

cinctorium renum eius.

¶ Sabbato eſaię ꝓphetæ. Cap. xix.

IN diebus illis. Clamabūt ad dn̄m a facie tribulātis: & mittet eis ſaluatorē & propugnatorē: qui liberet eos. Et cognoſcet dn̄s ab ægypto: & cognoſcēt ægyptii dn̄m in die illa: & colent eū in hoſtiis & muneribꝰ: & vota vouebunt dn̄o & ſoluēt. Et percutiet dn̄s ægyptū plaga: & ſanabit eā. Et reuertētur ad dn̄m: & placabit̃ eis: & ſanabit eos dominus deus noſter.

altare dn̄i i t̃ra egypti: ſ[...] clamabūt ad dn̄z ſcz egyptij. Tribulātis. i. pſecutoris. Propugnatorē. i. defenſorē ſiue ꝓtectorē. Ab egypto. i. ab egyptijs liberatis. Et egyptij. i. bonoꝝ pſecutores. Plaga. i. pena tpali ad caſtigationē. Et ſanabit eā p fidē. Placabit̃ eis. i. ex irato miteſcet.

¶ Eſaiæ ꝓphetę. Capl'o. xxxv.

HAec dicit dn̄s. Letabit̃ deſerta & inuia: et exultabit ſolitudo: et florebit ſicut liliū. Germinās germiābit: et exultabit lętabūda & laudās. Gl'ia libani data ē ei: decor carmeli & Sarō. Ipſi videbūt gloriā dn̄i: & decorē dei nr̄i. Cōfortate man9 diſſolutas: & genua debiliū roborate.

Hec dicit dn̄s. Letabit̃. Ex Eſa. c. xxxv. in q̄ poſteaq̄ i capite pcedēti denūciauit deſtructionē idumee ad pſolationē iudeoꝝ. hic denūciat eis pſolationē a chr̄o venturā. τ primo d̃ multiplicatione credētiū: deinde de illoꝝ corroboratiōe. Letabit̃ deſerta. ſ. iudea. Et inuia: q2 i deſ̃tis loctis nō ſūt vie ſtrate. Exultabit ſolitudo. quomō d̃r mōtes exultauerūt. Germinans germinabit. ex idiomate hebraico geminatio illa multitudinē deſignabit. Letabūda. corde. Et laudās. ſ. ore. Gloria libani. q̄ abundat arboribus pulcherrimis. Decor carmeli. mons in deſerto nō longe ab Ebron. Saron. regio eſt inter montem Thabor τ mare tyberiadis. Gloriā dn̄i. i. chriſtū gloriā dei pr̄is. Cōfortate. hec eſt ſecūda pars. τ ſunt v̄ba ꝓphete ad apoſtolos. Manus

diſſo.⁊ genua debilia.ſ.gentiū:q̄ erāt deſides ad fidē accipiēdā. Roborate ad patiendos ꝓ chriſto dolores. Dicite.i.predicate.o puſillanimes ⁊c. Ultionem retributionis: in veſtros pſecutores. Cecorum.hec a ſaluatore geſta ſunt. In deſerto aque. ꝓpter baptiſmū dicit:qđ de Philippo ⁊ eunucho baptizato proprie dicitur.

Hec dicit domin9 Super mōtem. Ex Eſaia cap.xl. ⁊ ſequitur poſt illam prophetiam quā poſuim9 ſupra cui9 initiū eſt cō ſolamini.⁊ introducit hic cōſolatoris pſona: ideſt chriſti: et eſt vbū dñi ad Joānem baptiſtam. Qui euangelizas ſiō.in datiuo quia Joānis predicatio ad iudeos eſt. Ecce de9 noſter.q: digito oſtendens illum dixit. Ecce agnus dei. Brachiū eius i. chriſtus q̄ brachium eſt patris.

Merces eius. q: poteſt retribuere cuiq; iuxta merita. Coram illo. ideſt in eius voluntate ⁊ poteſtate. Sicut paſtor:vnde ipe dicit Joannis.x. Ego ſum paſtor bon9. Et leuabit in ſinu.i.portabit. more boni paſtoris q̄ morbidas pecudes humero vehit.

bilia roborate. Dicite puſillanimes: cōfortamini: & nolite timere. Ecce deus veſter vltionem adducet retributiōis: deus ipſe veniet: & ſaluabit nos. Tunc aperietur oculi cecorū: & aures ſurdorum patebunt. Tūc ſaliet ſicut ceruus claudus: & aperta erit lingua mutorū: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ: & torrētes in ſolitudine. Et quæ erat arida in ſtagnum: & ſitiēs in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens.

¶ Lectio Eſaiæ prophetæ. Capitulo.xl.

HAec dicit dominus: Super mōtem excelſum aſcēde tu qui euāgelizas ſion: exalta in fortitudine vocē tuam qui euangelizas hieruſalē. Exalta: noli timere. Dic ciuitatibus iudæ. Ecce deus veſter. Ecce dominus in fortitudine veniet: & brachiū eius dominabitur. Ecce merces eius cū eo: & opus illius coram ipſo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo cōgregabit agnos. Et in ſinu ſuo leuabit eos dominus deus deus noſter.

¶ Eſaiæ prophetæ. Cap.xlv.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hec dicit dn̄s: chr̄o meo Cyro. Ex Eſaie cap. xlv. Ubi poſteaq̄ ꝓpheta induxit populū ad expectādum diuina ꝓmiſſa: hic predicit futurā illi⁹ liberationē: et primo ponit liberatoris poteſtatē: deinde illi⁹ natalē. Chriſto meo Cyro. p Cyrū regē perſaꝝ. cui⁹ tp̄ibus tēpli reedificādi fuit exordiū. hebrei etiā in ſenſu lr̄ali intelligūt meſſiam.

Haec dicit dn̄s: chr̄o meo Cyro cuius apprehēdi dexteram: & ſubiiciā ante facie eius gētes: & dorſa regum vertā: & aperiā corā eo ianuas: & portæ non claudentur. Ego ante te ibo. & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas conterā: & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi theſauros abſcōditos: & arcana ſecretorum: vt ſcias quia ego domin⁹: qui voco nomen tuum deus Iſrael: propter Iacob ſeruū meum: & iſrael dilectū meum. Et vocaui te nomine meo: aſſimilaui te: & non cognouiſti me. Ego dn̄s: & non eſt amplius: extra me non eſt de⁹. Accinxi te: & non cognouiſti me: vt ſciant hi qui ab ortu ſolis & q̄ ab occidente: quoniam abſq; me nō eſt deus. Ego domin⁹: & nō eſt alter: formans lucem: & creans tenebras. faciēs pacē: & creans malū. Ego dominus faciēs omnia hęc. Rorate cœli deſuper: & nubes pluāt iuſtū: aperiat̄ terra: & germinet ſaluatorem. Et iuſticia oriat̄ ſimul: ego dominus creaui eam.

¶ Danielis ꝓphetę. Cap. iii.

Cui⁹ dexteram. quaſi iacentē erigēs ad multorum populorū victoriam. Ianuas. vrbiū expugnatarū. Glorioſos. potētes ⁊ ſupbos. Arcana. i. alias res cū theſauris recōditas. Qui voco nomen tuū q2 te nomine ꝓprio appello: quod honorificum eſt. Aſſimilaui te. ſub audi filio meo: q2 ſub nomine tuo fili⁹ meus intelligit̄. Extra me. quia tres perſone intra deum ſūt: reliqua omnia extra in deo tamen fundata. Accinxi te. i. ad bellū armaui. Non cognouiſti me. ad cyrū ptinet hoc nō ad filiū. Creās malū. i. res q̄ ꝺ natura ſua bone ſunt: hoīes tn̄ illis male vtunt̄. Pluant iuſtū. i. a celo mittat̄ chr̄s: ⁊ deſcēdat q̄ſi pluuia ī vell⁹. Apiat̄ terra. q̄ſi partū emittens ex ſe. Germinet ſaluatorē. ea ſcꝫ parte q̄ hō eſt. Creaui eū ex



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

terra. nam intra me genui.

IN diebus illis. Angelus dñi. Ex daniele cap. iij. hiſtoria nota eſt: ⁊ qua ex cauſa hi tres pueri fuerũt ĩ caminũ ignis iniectĩ Nabuchodonoſoꝛ regis ĩperio. vbi cãticũ hoc cecinerũt. Nã cãticũ illud qđ eccl'ia canit ſub noĩe triũ pueroꝝ in hebꝛeo nõ habet̃: ſed ex theodoctiõis trãſlatione ſũptũ eſt. Cũ azaria. q̃ ãrea vocabat̃ abdenago. Et ſocij eiꝰ. ſ. ananie ⁊ miſaeli. Que ſequunt̃ non indigent expoſitione.

FRatres: Rogamꝰ vos. Ex ep'la Pauli ad Theſſal. ij. cap. ij. in q̃ ap'ls Theſſalonicẽſes diẽ iudicij vniuerſalis inſtare timẽtes conſolat̃ dicens alia multa ante diẽ illã pceſſura: puta nũerus electoꝝ cõplẽdꝰ et antichriſti aductꝰ. Et nr̃e cõgregationis in ipſum. in greco noſtrã cõgregationem in eo. Per ſpiritũ. alicuius diuinationis. Diſceſſio. i. apoſtaſia grece dicta: quia notioꝛ eſt aliquãdo greca dictio q̃ latina. Hõ pcti. i. antichriſtꝰ. Supra oẽ qđ dr̃. ĩ greco ſupra oẽm q̃ dr̃ deꝰ. hoc eſt ſimulachꝛũ: qđ tanq̃ deꝰ in templo eſt collocatũ.

IN diebus illis. Angelus dñi deſcendit cũ azaria & ſociis eius in fornacẽ: & excuſſit flãmam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis quaſi ventũ roris flantẽ: flãma aũt diffuſa eſt ſuper fornacẽ cubitis quadragita nouẽ: & incendit quos reperit iuxta fornacẽ de chaldęis miniſtros regis: qui eã incẽdebãt. Et nõ tetigit eos oĩno ignis: nec cõtriſtauit: nec quicq̃ moleſtiæ intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt & gl'ificabãt & bñdicebãt deũ in fornace dicẽtes. Bñdictꝰ es dñe deꝰ patrũ nr̃oꝝ: & laudabilis & ſupexaltatꝰ ĩ ſecula. Et bñdictũ nomẽ gl'iæ tuæ ſanctũ & laudabile: & ſupexaltatũ ĩ oibꝰ ſeculis. Bñdictus es ĩ templo ſcto gloriæ tuæ: & ſuplaudabilis & glorioſus in ſecula. Bñdictus es qui ĩtueris abyſſos: & ſedes ſuper cherubin & laudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula.

¶ Beati Pauli ad Theſſalonicenſes/ſecunda. Capitul'. ii.

FRatres: Rogamꝰ vos p aductum dñi nr̃i ieſu chriſti & nr̃ę cõgregatiõis ĩ ipm: vt nõ cito moueamini a vr̃o ſenſu: nec terreamini: nec p ſpm̃: nec per ſermonẽ nec p epiſtolam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tanq̃ per nos miſſam: quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo. Quoniã niſi diſceſſio venerit primum: & reuelatus fuerit homo pc̃ti filius perditionis qui aduerſat̃ & extollitur ſupra om̃e quod dicit̃ deus: aut qđ colitur: ita vt in tẽplo dei ſedeat oſtendens ſe tanq̃ ſit deus. Nõ retinetis ꝙ cũ adhuc eſſem apud vos: hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tẽpore. Nã myſteriũ iam operatur iniquitatis. Tantũ vt qui tenet nũc teneat: donec de medio fiat. Et nũc reuelabitur ille iniquus: quem dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

¶ Dñica quarta. Pauli ad Philippenſes. Capitul'. iiii.

FRatres: Gaudete ĩ domino ſemper: iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit om̃ibus hominibus: dominꝰ enim prope eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud deum. & pax dei quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra & intelligẽtias veſtras. In chriſto ieſu domino noſtro.

¶ In vigilia natalis domini. Eſaiæ. Capitul'. xlii.

Nõ retinetis.i.nõ meminiſtis. Quid detineat: ſcꝫ vt reueleť ille in tẽpore ſuo. & eſt hec ꝓphetia Pauli de aduentu antichriſti.

¶ Dñica quarta aduentus.

FRatres. Gaudete. Ex epiſtola Pauli ad Philip. ca. iiij. & eſt clauſula ep̃le: quã ſolemus finire ꝑ huiuſmodi verba. vale. gaude. vſitatiꝰ ergo et magis latine diceretur valete. Modeſtia veſtra.i. greco magis ſignificat iuſticiã: vel potius equitatem illam / que eſt iuſticie ſiue iuris interpretatio. hoc eſt eiſciam. Omnem ſenſum. in greco non ſenſum ſed mentẽ legitur: neq; cuſtodiat: vt ſit modus deprecatiuꝰ ſed cuſtodiet vt ſit idicatiuus. Itaq; multum refert inter vtramq; qualitatem. quãquam ab hebreis confunditur.

¶ In vigilia natiuitatis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PRopter ſion non tacebo. Ex Eſaia cap.lxij. Ubi fit mentio de Chriſto naſcituro ꝓpe diem. Et eſt vox prophete in perſona Apoſtoloꝝ: ſi de chriſto Jeſu intelligat̃. Hebrei hãc partem de meſſia venturo interpretant̃: quidã tamen illoꝝ ad Cyrũ regẽ Perſarũ referũt: cuius permiſſu templũ eſt reſtitutũ: vt ſupra dictum eſt: ſed et ꝑ Cyrũ intelligimꝰ ſaluatorẽ noſtrum. Propter ſiõ ⁊ hierl̃m. Siõ mõs eſt eminens vrbi hieruſalem ⁊ arx quã expugnauit Dauid. hec eſt q̃ apõ Eſaiã cap̃.xxix. appellatur Ariel. vbi vocat̃ ciuitas dauid. Ut ſplẽdor iuſtꝰ eiꝰ. vñ ⁊ ſol iuſticie dr̃. Lãpas grecũ ẽ: interpretaturq̧ fax incenſa. Gẽtes ⁊ reges. ad quod etiã ſe extendet hec chriſti ſalꝰ. iuxta illḋ Simeõis Lumen ad reuelationem gẽtiũ. Uocabit̃ nomẽ nouũ. ſi ad hierl̃m referas: erit vrbs fidel̃ ⁊ ppl̃s peculiaris: ſi ad chr̃m ẽmanuel ex Eſaia ⁊ ieſꝰ euãgelio. Derelicta ſicut ãte hac ſub captiuitate vocabaris. Uolũtas mea ĩ ea. ideſt que facit volũtatẽ dei ſui. Complacuit domino in te. ſcilicet quod inhabiteris ⁊ ſis ab eo ꝓtecta. ¶ In eadem vigilia.

HAec dicit dominus. Propter ſiõ non tacebo: & propter hieruſalem nõ quieſcã: donec egrediat̃ vt ſplendor iuſtus eius: & ſaluator eius vt lampas accendat̃. Et videbunt gentes iuſtum tuũ: & cuncti reges inclytũ tuum. Et vocabitur tibi nomen nouũ quod os domini nominabit. Et eris corona glorię in manu domini: & diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabitur: quia complacuit domino in te.

¶ Beati Pauli ad Romanos. Cap̃.i.

FRatres. Paulꝰ ſeruꝰ ieſu chr̃i vocatus ap̃ls ſegregatꝰ in euãgeliũ dei: q̃d ante ꝓmiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſc̃tis de filio ſuo: q

PAulus ſeruꝰ ieſu chr̃i. Ex initio ep̃le ad Rom̃. Ep̃le morẽ ſeq̄t̃: in q̃ p̃mo ponit̃ nomẽ mittẽtis. deinde eoꝝ ad q̃s mittit̃. Cũ dr̃ ſalꝰ ſiue gaudiũ: ꝓ qbꝰ ap̃ls dicit pax ⁊ gr̃a. legit̃ autẽ hoc die: q2 fit mẽtio de xbi diuini incarnatiõe ⁊ hoĩum repatione. Uocatꝰ nõ eſt accipiẽdũ ħ vocatꝰ ꝓ noiatꝰ: ſ3 a deo vocatꝰ ad ap̃latũ. Segregatꝰ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia ceteri apoſtoli miſſi ſunt ad predicandum ouibus que perierunt de iſrael: ipſe vero ad gẽtiles: vnde ⁊ doctor gentiũ dictus. Factus ex ſemine Dauid. In greco potius eſt generatus. iuxta illud pſal. De fructu ventris tui ponã ſuper ſedẽ tuã. Predeſtinatus. i. definitus ⁊ declaratus per ſpiritũ ſanctũ cũ deſcendit ſuper eũ in ſpecie colũbe: ⁊ audita ẽ vox: hic eſt filius meꝰ. Ex reſurrectione mortuoꝝ. ex eo ẽt dclaratꝰ eſt filius dei quod in virtute propria reſurrexit a mortuis. Ieſu chriſti. videtur dicere qꝺ mortui erãt Ieſu chriſti: ſed nõ eſt ita ſed referendum eſt ad illud quod ſupra dixit de filio ſuo. ⁊ tũc inferendum Ieſu chriſto domino noſtro. Per quẽ. ſcꝫ chriſtũ. Ad obediendũ. i. obedientiam fidei. In omnibus gentibus. qa vt diximus ad hoc vocatus eſt. Eſtis vos. qa Romani gẽtiles erãt. Vocati ieſu chriſti. de gentium vocatione plena eſt ſacra ſcriptura.

factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ. Qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundũ ſpiritũ viuificatiõis ex reſurrectione mortuorũ Ieſu chriſti domini noſtri. Per quẽ accipimus gratiam & apoſtolatũ ad obediendũ fidei in omnibus gentibus pro noĩe eius: in quibus eſtis & vos vocati Ieſu chriſti domini noſtri.

¶ In natiuitate domini. In miſſa de gallicantu Eſaię. Cap. ix.

HAec dicit dñs. Populus gentiũ qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. habitãtibus in regiõe vmbrę mortis lux orta eſt eis. Paruulus enim natus eſt nobis: & filiꝰ datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius: & vocabitur

(¶ In miſſa de gallicãtu.

POpulus gentiũ qui ambulabat in tenebris. ex Eſa. cap. ix. In quo tãgit xpi natalis: nã ⁊ hebrei ẽt de meſſia vẽturo hãc lectionẽ itelligũt ex pte: ⁊ ex pte de captiuitate iudeoꝝ apꝺ Aſſyrios. Qui ambulabat in tenebris. ſ. ignorãtię. Lucẽ magnã. i. chriſtũ qui Ioãnis. viij. dicit. Ego ſum lux mundi. In regione vmbre mortis. i. in limbo inferorum lux orta eſt. cum poſt mortem deſcẽdit ad inferos. Paruulus enim. hec omnia de chriſto nimirum intelligenda ſunt: tametſi quidam hebreoꝝ de Ezechia rege potius intelligere volunt. Super humerũ eius.

q̄a factus eſt ſub lege ad Galatas.iiij. Aut ad crucē referendū ē quā
humeris ſuſtulit. vnde data eſt illi oīs poteſtas in celo & in ẗra. Mat
thei vltimo. Soliū Dauid.i.ſedē regiā. qđ de regno ſpūali eſt intelli
gēdū. alioqui tēporariū Dauid regnū terminū habuit. Ammodo
idest a tempore quo ceperit gubernare.

¶ Poſt ꝓphiā ep̄la.

APparuit gr̄a dī. Ex ep̄la Pauli ad Titū.ca.ij. In quo fit mentio de aduentu chriſti per gratiam.
Gratia dei ſaluatoris. In greco gratia ſalutari ſiue ſalutifera. nec eſt dei noſtri ſed ab interprete adiectū.
Aduentū glorie. In greco apparitionē legitur: ſicut ſupra dixit apparuit benignitas.
Populū acceptabilē. In greco peculiarē: ꝓſectatorē zelatorē habetur: ſiue imitatorē.

¶ In miſſa diluculi.

SPiritus dn̄i. Ex Eſaia ꝓpheta. cap.lxj. Quod tamen ſi de ipſo Eſaia poteſt intelligi: de chriſto potius eſt intelligendū. qui pōt dicere qua parte minor eſt patre ſpiritus domini.&c. Unxit me. vnde & chriſtus cognominatur.i. vnctus. Annunciandum. In greco euangelizandum. Manſuetis: ideſt apoſtolis primum: deinde per eos aliis. Mederer contritos. antique dixit cum accus

nomē eius admirabilis cōſiliarius. de9
fortis. pater futuri ſeculi: pn̄ceps pacis.
multiplicabit̄ eius īperiū: & pacis nō
erit finis. Super ſoliū Dauid & ſup re-
gnum eius ſedebit: vt confirmet illud
corroboret in iudicio & iuſticia am-
modo & vſq; in ſempiternū.

¶ Beati Pauli ad Titum. Cap.ij.

CHariſſime. Apparuit gr̄a dei ſal-
uatoris nr̄i oībus hoīb9 erudiēs
nos: vt abnegātes impietatē & ſe-
cularia deſideria ſobrie & iuſte & pie vi
uamus in hoc ſc̄lo. Expectantes beatā
ſpem & aduentū gl̄ie magni dei: & ſal
uatoris nr̄i Ieſu xp̄i. Qui dedit ſemet
ſp̄m ꝓ nobis: vt nos redimeret ab oī
iniquitate: & mūdaret ſibi pp̄lm acce
ptabilē ſectatorē bonorū operū. Hæc
loq̄re & exhortare: ī xp̄o ieſu dn̄o nr̄o.

¶ In miſſa de luce. Eſaie pph. Ca.lxi.

HAec dicit dn̄s. Sp̄us dn̄i ſup me
eo qđ vnxerit me dn̄s. ad annū
ciādū māſuetis miſit me: vt me-
derer contritos corde: & predicarem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

datiuo ſicut Terentius in phormione. quas res minꝰ mederi poſſisꝰ audacius cũ genitiuo interpres dixit in Threnis: quis meditabitur tui: cum vſus datiuo iungat. Captiuis. i. in peccato poſitis. Clauſis apud inferos conſtitutis. Annũ placabilē. i. tempus quo deus homini placatus eſt per chriſti paſſionem pena peccati ſoluta. Diē vltionis. i. iudicij vltimi. Conſolarer lugētes. iuxta illud Mathei. v. Beati qui lugent. quoniã ipſi conſolabuntur. Lugentibus ſion. i. qui dolēt de ſtatu eccleſie aduerſo. quia ſion ⁊ Jeruſalē pro eccleſia plerũqꝫ accipitur. Coronã pro cinere. antitheton eſt hoc eſt cõtra poſitum: quoniam in leticia vtimur corona ĩ luctu cinere: ⁊ ſic de alijs. In ea. ſ. ſion ſiue eccleſia. Fortes iuſticie. hi ſunt apoſtoli ⁊ illorũ ſucceſſores. Plãtatio dñi. i. quos dñs plantauit ad glorificandũ idest gloriã dñi predicandũ ⁊ ſermocinandũ. ⁊ poſt longũ interuallũ in fine. cap. lxij. ſubiũgit ꝓpheta. Dñs auditũ fecit ab extremis terre. quia in oēm terrã exiuit ſonus aplo͂ꝝ. Dicite filie ſion. i. cõgregationi fideliũ. Saluator venit. i. ad iudiciũ diē ꝓperat. Merces eiꝰ cũ eo. q̄a reddet vnicuiqꝫ ꝓ merito preciũ. Opus illud. idē dicit ſed alijs verbis. Vocabũt eos. ſubintellige electos. Pp̄lus ſc̄tus. hoc eſt pp̄lm dño dedicatũ. Redēpti. pp̄lus redēpti ſoloeciſmus erat ſi nõ referret ad rē ⁊ nõ ad vocē: quoniã pp̄lus ꝓ hoibus accipitur: ꝓpterea non fit ſoleciſmus.

captiuis indulgentiã: & clauſis apertionem: & predicarē annũ placabilē domino: & diem vltionis deo noſtro: vt conſolarer omnes lugentes: & ponerē fortitudinem lugentibus ſion. Et darem eis coronã pro cinere: oleum gaudii pro luctu: pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Et vocabuntur in ea fortes iuſticię: plantatio domini ad glorificandum. ecce dominus auditum fecit in extremis terrę. Dicite filię ſion. ecce ſaluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo: & opus illius coram ipſo & vocabunt eos populus ſanctus: redēpti a domino deo noſtro.

¶ Beati Pauli apoſtoli ad Titum. Capitulo. iii.

¶ Poſt prophetiam epiſtola.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Apparuit benignitas & hūanitas. Ex epiſtola Pauli ad Titū cap. iij. vbi ſic legit. Cū apparuit benignitas & humanitas, &c. tūc ſubiūgitur: ſaluos nos fecit: & ſuſpēditur clauſula vſq; in finē epiſtolę. Benignitas & humanitas. nō dicit qđ chriſtus in humanitate apparuit: ſed affectū amoreq; q̄ proſecutꝰ eſt nos: cū naſci & pati ꝑ nobis voluit filiū ſuū.

Lauacrū. i. baptiſmū quo ſumus regenerati. Renouationis. vnde in pſalmo Effunde ſpiritum tuum: & renouabis faciem terre.

Heredes ſimus. non quaſi filij naturales: ſed quia in adoptionē ſuſcepti coheredes xp̄i vt alio in loco dicit.

CHariſſime. Apparuit benignitas & hūanitas ſaluatoris noſtri dei. Nō ex operibus iuſticię quę fecimus nos: ſed ſecundum ſuā miſericordiam ſaluos nos fecit. Per lauacrū regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti: quē effudit in nos abunde per Ieſū chriſtū ſaluatorē noſtrū. Vt iuſtificati gratia ipſius hęredes ſimus ſecundum ſpem vitę æternę. In chriſto Ieſu domino noſtro.

¶ In miſſa maiori.

PRopt. hoc ſciet. Ex Eſaia ꝓpheta Capi. lij. Que verba de chr̄o eſſe intelligenda cōfirmat apoſtolus in epiſtola ad Romanos Capitul. x. Propter hoc. & quid ſit ex ſuperioribus colligitur. hoc eſt quia ablatus eſt populus meus gratis: & dominatores eius inique agunt. Populus meus: ideſt chriſtiani. Nomen meum: ſcilicet Jeſus quod interpretatur ſaluator. In die illa. quando eccleſia exaltabitur. Qui loquebar antea per prophetas. Adſum: ſcilicet humanitate aſſumpta. Quam pulchri. hoc ad eccleſie dilationem pertinet per apoſtolorum predicationem. Super montes: ideſt terrarum principes. Annunciantis pacem. quod debere fieri frequenter nos ſaluator admonuit. Dicentis ſiō.

¶ Ad miſſam maiorem. Lectio Eſaię prophetę. Cap. lii.

HAec dicit dn̄s. Propter hoc ſciet populus meus nomen meū in die illa: quia ego ipſe qui loquebar: ecce adſum. Quam pulchri ſupra montes pedes annunciātis & prędicātis pacem: annunciantis bonum: prędicantis ſalutem: dicentis ſion: regna-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vocatiuus eſt ſiue datiuus. Speculatorum. prelatorum qui greci vocantur epiſcopi. Leuauerunt vocem. predicando ꝛ eſt ſoloeciſmꝰ ſi non referatur ad rem. hoc eſt ſpeculatores. Laudabūt. i. pro tāto beneficio gratias agent. Oculo ad oculum. i. non vt antea per figuras ꝛ aenigmata. Cōuerterit dn̄s ſiō. i. chriſtianoꝝ ex gētibus eccleſiā. Deſerta ieruſalē. q̄ nō erāt tūc a xp̄ianis frequētata. redemit ieruſalē. xp̄i cultoribꝰ habitādam tradēs Brachiū ſuū. i. filiū. de quo Eſaias ꝛ brachiū dn̄i cui reuelatum eſt.

bit deus tuus. Vox ſpeculatorū tuorū leuauerunt vocem: ſimul laudabunt. quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit dominus ſion. Gaudete: & laudate ſimul deſerta Ieruſalem: quia cōſolatus eſt dn̄s populū ſuū: redemit Ieruſalem. Parauit dominus brachiū ſanctū ſuū in oculis omniū gentium. Et videbunt omnes fines terrę ſalutare dei noſtri.

¶ Poſt pp̄hiā ep̄la. Multifarie multiſq; modis. Ex Pauli ep̄la ad Hebreos. cap. j. in cuiꝰ initio agit̄ de eterna potiſſimū xp̄i gn̄atiōe ſicut ꝛ in euangelio qđ eſt in p̄ncipio erat verbū. Multifariā ꝛ multifarie dicimus. i. multipartite: ſicut bifariā. biparuite et ſic trifariam ꝛ quadrifariam. Olim loquēs. i. loq̄batur. Patribus. p̄triarchis. In pp̄hetis. i. p pp̄hetas.

## Beati Pauli ad Hebręos. Cap. i.

FRatres. Multifarie multiſq; modis olim deus loquens patribus in pp̄hetis: nouiſſime diebꝰ iſtis locutus eſt nobis in filio: quē cōſtituit heredē vniuerſorū: per quē fecit & ſecula. Qui cum ſit ſplēdor glorię & figura ſubſtantiæ eius: portanſq; om̄ia verbo virtutis ſuę: purgationē peccatorū faciēs: ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Tanto melior angelis effectꝰ:

In filio. i. per filiū. Conſtituit heredem. quia illi tradidit iudicium poteſtatemq; omnem in celo ꝛ in terra. Per quem iuxta illud pſalmographi Verbo domini celi firmati ſunt. Splendor p̄ris. immo eſt vera lux que illuſtrat omnia: ſed ſplendorem vocat ob aſſumptam humanitatem. Figura ſubſtantie: ideſt character perſone patris. Portans omnia. quia omnia poteſt. Purgationem faciens: de quo Malachias. ꝛ purgabit filios leui. Melior

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

angelis. quia habet multa q̄ nō habēt angeli. Filiꝰ meꝰ es tu. in pſal. ij. hoc legit. Ero in p̄rem in. ij. Regū cap. vij. Primo genitū quaſi oim bonoꝝ heredē. Adorēt eū. ex pſal. xcvj. Et ad angelos. ad poſuit ꝓ de: hoc eſt ꝑpoſitionē ꝓ prepoſitiōe. Qui facit angelos ex pſal. ciij. Ad filiū. ſubaudi dicit. Virga tua. ex. pſal. xliiij. Tu permanebis. In greco. ꝑmanes i p̄ñti habet. Mutabis eos. In greco legit ꝯuolues. Idē ſp̄e es. In greco idē es ſʒ ad maiorē expꝛ̄ſſionē latinꝰ iterpꝛes adiecit ſp̄e. Sede a dextris meis. ex pſalmo. cix. Dn̄ica intra octauas. QUanto tp̄e. Ex ep̄la Pauli ad Galatas cap. iiij. Ubi poſteaq̄ i ſuꝑiorībꝰ declarauit ꝑ rōnē a legalibꝰ ceſſādū eē: hic illō idē ꝑ ſilitudinē oſtēdit dicēs: qđ quēadmodū pueri quo tp̄e ſunt ſub tutela pupilari nō ſūt liberi. ita ⁊ illi qui ſub Moyſi lege viuebant: ſerui erant. Sub tutoribus ⁊ autoribus. ꝓpꝛie trāſtulit iterpꝛes ſed non verbū ex verbo: quia in greco ſub commiſſariis ⁊ procuratoribus legit. Dn̄s omniū. qđ ad ꝓpꝛietatē attinet: nō ad vſum. Præfinitum a patre.

quanto differentius pręillis nomē hęreditauit. Cui enim dixit aliquādo angelorum: filius meus es tu: ego hodie genui te? Et rurſum. Ego ero illi in patrē: & ipſe erit mihi in filiū. Et cū iterū introducit primo genitū in orbē terrę: dicit. Et adorēt eū oēs angeli dei. Et ad angelos quidā dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritꝰ: & miniſtros ſuos flāmā ignis. Ad filiū autē. Thronus tuus deus in ſeculū ſeculi: virga æquitatis: virga regni tui. Dilexiſti iuſticiā & odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus deꝰ tuꝰ oleo exultatiōis pre ꝑticipibꝰ tuis. Et tu ī pricipio dn̄e terrā fūdaſti: & opera manuū tuarū ſunt cœli. Ipſi peribūt: tu aūt ꝑmanebis: & oēs vt veſtimētū veteraſcēt. Et velut amictum mutabis eos: & mutabūtur. Tu autem idem ipſe es: & anni tui non deficient.

¶ Dn̄ica intra octauas natalis dn̄i.
Pauli ad Galatas. Cap. iiii.

FRatres. Quanto tempore hęres paruulus eſt: nihil differt a ſeruo cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus et autoribus eſt vſq; ad præſinitum tempus a patre.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ita & nos cũ eſſemus paruuli: ſub elementis mũdi huius eram⁹ ſeruiẽtes. At vbi venit plenitudo tẽporis/ miſit de⁹ filiũ ſuũ: natũ ex muliere: factũ ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt redimeret: vt adoptionẽ filiorũ reciperem⁹. Q̃m aũt eſtis filii dei: miſit deus ſpiritũ filii ſui corda veſtra clamantẽ abba pater. Itaq; iã nõ eſt ſeruus: ſed filius. Quod ſi filius & heres per deum.

¶ In circũciſione domini. In miſſa de prima. Pauli ad Titum. Capitulo. iii.

CHariſſime. Apparuit benignitas & hũanitas ſaluatoris nr̃i dei. Nõ ex operibus iuſticię quę fecim⁹ nos: ſed ſecundũ ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit. Per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti: quẽ effudit in nos abunde per ieſum chriſtũ ſaluatorẽ nr̃m. Vt iuſtificati gr̃a ipſius: heredes ſimus ſecundũ ſpem vitæ æternæ. in chr̃o ieſu domino noſtro.

¶ Ad miſſam maiorem. beati Pauli ad Titum. Capitulo. ii.

CHariſſime. Apparuit gr̃a dei & ſaluatoris nr̃i oĩbus hoĩbus erudiẽs nos: vt abnegãtes impietatẽ & ſęcularia deſideria: ſobrie & iuſte & pie viuam⁹ in hoc ſc̃lo. Expectãtes beatã ſpẽ & aduẽtũ glĩę magni dei: & ſaluatoris nr̃i ieſu xp̃i. Qui dedit ſemetipſum ꝓ nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum. Hęc loquere & exhortare. In chriſto ieſu domino noſtro.

ſiue a lege ad hoc conſtituta. Paruuli. id eſt quaſi paruuli ſeruientes. Sub elemẽtis: id eſt principiis quia non maturi etate. Adoptionem filiorum. ſub lege euangelica. Filii dei. In greco nõ eſt dei. Clamantẽ abba. id eſt per cõfeſſionem clamare nos facientem inuocãdo patris nomẽ. id eſt O abba. quod vero ſequitur pater expoſitiue ponitur: quoniam abba hebraice vel ſyriace latine eſt pater.

¶ In circunciſione domini.

Apparuit gratia. Ex ep̃la Pauli ad Titum capitulo. ii. Sed iam eſt expoſita ſupra in miſſa de galli cantu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ In epiphania domini.

Surge ⁊ illuminare. Ex Eſaia propheta capi. lx. In quo ꝓpheta proſperitatem eccleſie militantis deſcribit. Et maxime aduentum magorum cum muneribus. Surge. que ante hac iacebas. Illuminare. i. chriſti naſcentis lumen accipe: ⁊ eſt illuminare i imperatiuo vocis paſſiue. Tenebre opiēt terrā. q̄a extra eccl'iā omnia tenebreſcūt. Dñs .i. xp̄s q̄ eſt ſol iuſticie. Gētes. gētiles q̄ ad xp̄z cōuertētur. In circuitu. i. īfinitimos pp'los. Venerūt tibi. ad te honorandā. De latere. i. de ꝓpinquo. Videbi multitudinē credētiū. Afflues. abūdabis rebus oībus. Dilatabitur. ꝑ nimia leticia. M'titudo maris. i. habitātiū ī inſulis. Venerit tibi. i. ad tibi obſequēdum. Cameloꝝ. i. dromedarioꝝ ꝯmeatꝰ importātiū. Madian. i. de regiōe Madianitide quā īcoluit Madiā filiꝰ Abraā ex Cethura ⁊ Effa ipſius Madian filius. Et intelligit de camelis arabicis: qui habent ſingula tubera ſicut Bactriani bina. De Saba. regione felicis Arabie. dicta a Saba filio Cus ⁊ Nepotechan filio Noe. Aurum ⁊ thus. quod eſt peculiare ſabeis.

¶ In epiphania dñi. Eſaię ꝓphetę. Capitul'. lx.

Surge illūinare ieruſalē: quia venit lumē tuum: & gloria dñi ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebrę operiēt terrā: & caligo populos. Super te tñ orietur dñs: & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos: & vide. Oēs iſti congregati ſunt: venerūt tibi. Filii tui de longe veniēt: & filię tuę de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues & mirabitur: & dilatabitur cor tuum: quando conuerſa fuerit ad te m'titudo maris: fortitudo gentium venerit tibi Inundatio camelorū operiet te. Dromedarii Madian & Effa. Oēs de Saba veniēt aurū & thus deferētes: & laudē domino annunciantes.

Dñica prima poſt epiphaniā Pauli ad Romanos. Capitul'. xii.

¶ Dominica prima poſt epiphaniam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Obſecro vos per miam. Ex ep̄la ad Romanos cap. xij. In quo inſtituit ap̄lus Romanos: ⁊ primo eos in deū ordinādo ex pte corporis. deinde ex parte aie. Per miſericordiam: adiurantis ⁊ conteſtātis particula eſt. Et in greco pluraliter dicitur miſerationes. Ut exhibeatis corpora veſtra. i. corporis veſtri faciatis ſacrificiū vos deuouendo.

FRatres. Obſecro vos per miam dei: vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentē: ſanctā: deo placētē: rationabile obſequiū veſtrū. & nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt ꝓbetis quę ſit volūtas dei bona: & bene placēs & perfecta. Dico em̄ per grām: quæ data eſt mihi oībus qui ſunt inter vos: & nō plus ſapere q̄ oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatē. & vnicuiqꝫ ſicut diuiſit deus menſurā fidei. Sicut em̄ in vno corpore multa mēbra habemus: oīa autē mēbra nō eundē actū habent: ita multi vnū corpus ſumꝰ in chriſto. Singuli aūt alter alterius mēbra in chriſto domino noſtro.

¶ Fe. iiii. Pauli ad Rom̄. Cap. iii.

FRatres. Scimꝰ qm̄ q̄cūqꝫ lex loquit: his qui in lege ſunt loquitur

Hoſtiam viuentem. nō mortuā. Rationabile. quia diuinus cultus debet eē cū ratione. Huic ſeculo. hoc eſt rebus mundanis ⁊ periturīs. Sēſus vrī. In greco mentis veſtre. nā ad alium hec verba referēda ſūt. vt probetis. i. experiamini. Que ſit volūtas dei. Quātū ad incipiētes bene operari. Et beneplacens. ipſi deo quātū ad proficiētes. Et perfecta. quantum ad preuenientes. Per gratiā. hoc eſt per apoſtolatus officiū mihi iniunctū precipio. Nō plus ſapere. Iuuenalis. imponit finem ſapiens: ⁊ rebus honeſtis. Ad ſobrietatem. In greco habet ad modeſtiā. Diuiſit. ordo eſt potiꝰ ſicut vnicuiqꝫ deꝰ diuiſit mēſurā fidei. i. de fide pdicādi ſciētiā. Singuli alter alteriꝰ. ideſt inuicē ſumus mēbra alter alterius.

¶ Feria quarta ſequenti.

Scimꝰ qm̄. Ex ep̄la ad Romanos ca. iij. In q̄ poſteaq̄ oſtendit iudeos ⁊ gētiles indigere grā dei: qd̄ ꝓbauit autoritatibꝰ. hic applicat illas ad ꝓpoſitū. Lex. i. q̄ pi qs citauit nūerāt. Obſtruatur



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

os.i.claudat nō conqueratur. Subditus fiat.in greco obnoxius & obligatus deo ob acceptā gratiā ab eo. Ois caro.i.hō. Cognitio peccati.ſup.eſt. Juſticia dei.q̄ facit deo acceptū. Manifeſtata eſt.in gētilib9.de quo℞ vocatione plena eſt ſcriptura ſacra. Per fidē.ſ.eſt manifeſtata: & nō aliūde. Credūt in eū.in eū ſupfluit ex greco. Gra dei.in greco gl'ia dei.i. gra p quā acquirit glo ria. Gratis.i.nō meritis nr̄is.per redēptionē.i. paſſiōē q̄ nos redemit. ꝓpiciatorē. In greco ꝓpiciatoriū: q̄a xp̄s ꝓ piciauit In ſanguine. cuius effuſio ſatiſfecit pctō p:imi parētis: q̄d eſt opus iuſticie. In ſuſtētatione dei. recti9 In greco in patiētia ſi ue tolerātia: nec℞ em̄ filio ſuo pepercit ꝓpt iuſticiā. In hoc tp̄e.ſ. grē. Ut ſit iuſt9.i.q̄d fe cit vt appeat iuſt9. Eū q̄ ex fide ē.i. q̄ credit.

vt om̄e os obſtruat: & ſubdit9 fiat oīs mūdus deo. quia ex operib9 legis nō iuſtificabit oīs caro corā illo. Per legē em̄ cognitio pc̄ti: nūc aūt iuſticia dei ſine lege manifeſtata eſt: teſtificata a lege & ꝓphetis. Iuſticia aūt dei per fidē ieſu chriſti in oēs & ſup oēs qui credūt in eū. Nō em̄ eſt diſtinctio. Oēs em̄ peccauerūt: & egēt gl'ia dei. Iuſtificati gratis per grām ipſius: per redēptionem quę eſt in chriſto ieſu: quē ꝓpoſuit de9 ꝓpiciatorē per fidē in ſanguine ipſius ad oſtenſionē iuſticię ſuę: ꝓpter remiſſionē pręcedentiū delictorū in ſuſtētatione dei: ad oſtenſionē iuſticię eius in hoc tēpore: vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificās eum qui ex fide eſt ieſu chriſti.

¶ Feria.v.ſequenti. Non indoctas fabulas. Ex.ij. Petri epiſtola cap.j. Dicit nam℞ hec ep̄la q̄a hoc tēpore tria miracula ſimul eccleſia celebrat.ſcȝ.de magis. de nuptijs in cana: de teſtimonio ſp̄us ſancti

¶ Feria.vi.Petri ap̄li.ii.Cap.i.

CHariſſimi. Nō indoctas fabulas ſecuti: notā fecim9 vobis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i virtutē & prę̄ſcientiā: ſed ſpeculatores facti illi9 magnitudinis.

in baptiſmate chriſti. Dicit igitur notū. &c. Virtutē chriſti. quantū ad miracula. Preſcientiā: quia qua deus eſt: omnia nouit ab eterno. facti ſpeculatores. quia oculis noſtris vidimus. Illi9 magnitudinis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc factū eſt cū Jeſus baptizaretur: ſed tunc Petrus non aderat: ſed poſtea cū eſt traſfiguratus corā Petro. Jacobo ⁊ Joāne. Honorē. i. honoris teſtimoniū: quod ipſum honorificū eſt. A magnifica gloria. i. a deo patre. Huiuſcemodi. ſ. hic eſt filius. ⁊c. Mihi cōplacui. i. quo ego delector. Eſſemus. ego. ſ. cū Jacobo ⁊ Joanne.

Accipiēs enim a deo patre honorē & gloriā: voce delapſa ad eū huiuſcemodi a magnifica gloria. Hic eſt enī filiꝰ meus dilectus in quo mihi cōplacui: ipſum audite. Et hanc vocē nos audiuimus de cœlo allatā: cū eſſemus cū ipſo in mōte ſancto. & habemus firmiorē ꝓpheticū ſermonē: cui benefacitis attendentes quaſi lucernę lucenti in caliginoſo loco: donec dies illuceſcat & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hoc primum intelligentes: quod oīs prophetia ſcripturę ꝓpria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt alliquando prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines.

¶ In octauis epiphanię. Eſaię. Ca. xii.

Domīe deꝰ meꝰ honorificabo te laudē tribuā noī tuo q̄ facis mirabiles res. Cōſiliū ātiquū verꝝ fiat

Et habemus. Alterā viam certitudinis ex ſcripture ſenſu. oſtēdit firmiorem. nō vt ad Petrū hoc referatur. qui gloriā chriſti vidit ſed ad alios qui non viderunt. Attēdentes donec cognoſcatis verā lucē: ſicut qui ambulant in tenebris lucernam pre ſe ferētes. Propria interpretatione: idest non fit ſenſu humano: ⁊ cuiuſq̄ hominis proprio. Volūtate humana: ideſt ab homine: ſed vt ſtatim ſubdit a ſpiritu ſācto qui per homines eſt locutus.

In octaua epiphanie.

Domine deꝰ honorificabo te. Ex Eſaia pluribꝰ i locis in quibꝰ fit mētio de baptiſmo ⁊ ſpūs ſcti teſtimonio de xpo. Nā hoc qđ in primis dicit ſumptū eſt. ex cap. xxv. ex tranſlatione greca. nā in hebreo ſic habet. dn̄e deus exaltabo te: ⁊ cōfitebor noī tuo. Pro cōſiliū antiquū verꝝ in hebreo cogitationes antiquas fideles: ⁊ eſt appoſitio ad ſuperiora. Nam quod ſequitur fiat non habet ſuppoſitū in eo quod eſt cōſiliū: ſed eſt aduerbiū aſſeuerantis: pro quo in hebreo legitur amen.

Domine excelſum eſt brachium tuũ. Ex Eſaia cap. xxxvj. In hebreo dñe exaltetur manus tua. Deus Sabaoth .i. militiarũ. Corona ſpei ex eodẽ cap. xxviij. in hebreo. In die illa erit dñs exercituum corona glorie. Quod vero ſequitur exultet deſertũ vſq; ad illũ locũ maieſtatem dei: non habetur in greco: neq; in hebraico. Et erit congregatus redẽptus ꝑ deũ. In hebreo Eſaie cap. xxxv. Et ambulabunt: qui liberati fuerũt. ⁊ redẽpti a dño cõuenient in ſyõ cũ laude ⁊ leticia ſempiterna: que oĩa pertinent ad chriſti baptiſma et chriſtianoꝝ. Et aperiam in montibus flumina. Ex eodẽ. ca. xlj. pro quo in hebreo legitur. Et aperiam in ſupinis collibus flumina. ⁊ in medio camporum fontes. Ponam deſertum in ſtagna aquarum: ⁊ terrã inuiã in riuos aquarum. Ecce puer meus. Ex eodem propheta capitulo. lij. pro quo in hebreo legitur. Ecce intelligit ſeruus meus: ⁊ exaltabitur ⁊ eleuabitur et ſublimis erit valde. Haurietis aquas. Ex eodem capitulo. xij. adiectum eſt hoc. ſed pro eo quod in greco eſt virtutes eius: in hebreo eſt adinuentiones eius.

Dñe excelſum eſt brachiũ tuũ deus ſabaoth: corona ſpei: quę ornata eſt gloria. Exultet deſertũ: & exultent ſolitudines iordanis: & populus meus videbit altitudinẽ dñi & maieſtatẽ dei. Et erit congregatus & redẽptꝰ per deũ. Et venient in ſion cũ laude & lęticia ſempiterna: ſuper capita eorũ laus & exultatio. Et aperiã in montibus flumina: in campis fontes dirumpã: & terrã ſitientem ſine aqua cõfundã. Ecce puer meꝰ exaltabitur: & eleuabitur: & ſublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: & dicetis in illa die. Confitemini dño: & inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius. Cãtate dño: quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in vniuerſa terra. Dicit dominus omnipotens.

¶ Dñica ſecunda poſt epiphaniã.
Pauli ad Romanos. Cap. i.

¶ Dominica ſecunda poſt epiphaniam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HAbētes donationes. Ex ep̃la ad Romanos cap. xij. ⁊ ſequitur ſtatim poſt ep̃lam q̄ legebat̃ dn̄ica poſt epiphaniā. Ubi dictū eſt in calce ipſius ep̃le. ſinguli aūt alter alterius mēbra: ⁊ tūc ſequit̃. Habētes donationes .i. cōmunicantes diuerſa dona que accepiſtis a deo. ⁊ eſt ꝓlepſis: que deinde ꝑ partes explicatur: ſiue habēs prohetiā ⁊c. Scd̄m rōnē fidei .i. cauꝫ reꝫ q̄ ad ſalutē aīaꝫ ꝑtinēt. Qui exhortat̃ .i. q̄ obſecrat alios. nā idē verbū eſt hic ⁊ in ꝑncipio capitis: vbi dixit obſecro vos. In ſimplicitate .i. nō alia cauſa niſi ꝓpt deū. nā ſi alia ex cauſa id faceret: nō eſſet opꝰ charitatis. In ſolicitudine. illoꝫ qbꝰ preeſt. In hilaritate quia datorē hilarē diligit deꝰ. Gaudete cū gaudētibꝰ. In greco gaudēdo gaudētibꝰ: hoc eſt per infinitiuū quē nos in gerūdiū vertimꝰ. Id ipſum ſētiētes. In greco idē ſapiētes. ſꝫ videtur referri ad illō qd̄ nō aliud mēte ſentiamus aliud ore loquamur. Nō alta ſapiētes q̄a dixit alibi nō plꝰ ſapere q̄ͣ oportet ſapere. Cōſentientes. modo illi vera ⁊ bona proferant.

FRatres. Habētes donatiōes ſecūdum gratiam que data eſt nobis differētes: ſiue ꝓphetiā ſecūdum rationē fidei: ſiue miniſteriū in miniſtrando. Siue q docet in doctrina. Qui exhortatur: ī exhortādo. Qui tribuit: in ſimplicitate. Qui preeſt in ſolicitudine. Qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odientes malū: adhęrentes bono. Charitatē fraternitatis inuicē diligentes: honorē inuicē pręuenientes. Solicitudine nō pigri: ſpiritu feruētes: dn̄o ſeruiētes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi inſtantes. Neceſſitatibus ſanctorum cōmunicantes. hoſpitalitatē ſectātes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite & nolite maledicere. Gaudete cū gaudētibus: flete cū flētentibus. Id ipſum inuicem ſentientes. Non alta ſapientes: ſed humilibus conſentientes.

¶ Fe. iiii. bt̄i Pauli ad Coloſſen̄. Ca. i.

FRatres. Audiſtis diſpenſationem dei: quæ data eſt mihi in vobis:

¶ Feria. iiij. ſequenti.

AUdiſtis diſpenſationem. Ex epiſtola Pauli ad Coloſſenſes capitulo primo. Et pendet hoc membrum ex ſuperioribꝰ.

vnde accipitur verbum illud audiſtis. Que data eſt mihi. quia ſum apoſtolus predicans gentibus euangelium: in quarum numero ſunt Coloſſenſes. Myſteriū. appoſitio ad id quod dicit verbū. Manifeſtū. i. per chriſtū reuelatū. Sacramēti huius. idē eſt myſteriū grece qđ ſacramentū alicuius occulte rei. Quod. ſ. ſacramentū eſt chriſtus: in quo repoſita eſt ois ſpes veſtra. In greco tamen qui eſt xp̄s genere maſculino nō hoc. Corripiētes. in greco: admonētes legitur.

vt impleam verbum dei. Myſterium quod abſconditum fuit a ſeculis & generationibus: nunc autē manifeſtum eſt ſanctis eius: quibus voluit deꝰ notas facere diuitias glorię ſacramenti huiꝰ in gentibus: quod eſt chriſtꝰ in vobis ſpes glorię: quem nos annunciamus: corripientes omnem hominem: & docentes in omni ſapiētia: vt exhibeamꝰ omnem hominem perfectū. In chriſto ieſu domino noſtro.

¶ Feria. vj. ſequenti. Fidelis ſermo. Ex ep̄la .j. ad Timotheū cap. j. Fidelis ſermo. i. verus ⁊ dignus qui ab omnibus accipiatur: ⁊ quis ille ſermo ſit: ſtatim ſubiūgit dicens: quod chriſtus ⁊ cetera que ſequūtur. In hūc mūdum: in greco non eſt hunc: ſed tantū in mūdum. Omnem patientiam: ideſt vt omia pateret: vt alios homiēs lucrifacerem. Soli deo. deeſt ab eo quod eſt in greco ſapiēti. ſic ſoli ſapiēti deo honor et gloria. ⁊ ſubaudiendum eſt verbum ſubſtantiuum ſit.

¶ Feria ſexta. Beati Pauli ad Timotheum prima. Capitulo. i.

CHariſſimi. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus: quia Ieſus chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum. Sed ideo miſericordiā conſecutus ſum: vt in me primo oſtenderet chriſtus Ieſus omnem patientiam: ad informationem eorū qui credituri ſunt illi in vitam ęternam. Regi autem ſeculorū immortali inuiſibili ſoli deo honor & glīa in ſecula ſclōrū.

¶ Dominica tertia poſt epiphaniam.

¶ Dominica tertia Beati Pauli ad Romanos. Capitulo. xij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

NOlite eſſe prudentes. Ex epiſtola Pauli ad Romanos. capitulo. xij. Et ſunt verba que ſequuntur e veſtigio poſt epiſtolā que legebatur in dominica precedenti. Prudentes apud voſmetipſos: ideſt opinione veſtra. quoniam homines plerunꝗ falluntur. Non tātum coram deo. hoc totum ſuperfluit. nā ſic in greco legitur.

FRatres. Nolite eſſe prudentes apd̃ voſmetipſos: nulli malū pro malo reddentes. Prouidentes bona: non tantū corā deo: ſed etiā corā omnibus hominibus pacem habentes. non voſmetipſos defendentes chariſſimi: ſed date locū irę. Scriptum eſt enim. Mihi vindictā: & ego retribuā: dicit dn̄s. Sed ſi eſurierit inimicꝰ tuꝰ. ciba illū. Si ſitit: potū da illi. Hæc enī̄ facies: carbones ignis cōgeres ſup caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malū.

Prouidētes bona ſ coram oibus hoibꝰ. Qd̄ ex vobis eſt. i. quantū in vobis eſt. Non vos defendentes. meliꝰ in greco nō vos vindicātes. Ire. que a phiſicis definit' rū ſāguinis inflāmatio: rū vindicte appetitus. Scriptū eſt in Deuteronomio ca. xxxij. mea inqͣt eſt vindicta ſiue vltio. In greco quoꝗ mihi vindicta nō vindictā: vt ē i latinis codicibꝰ. Carbones ignis: qa bn̄faciens illi: mitigabis illū ⁊ tibi recōciliabis. Noli vinci. i. incidere in odiū ꝓximi. In bono malū. i. inflāmātia te in illiꝰ odium.

¶ Feria. iiij. Pauli ad hebreos. Cap. iij.

FRatres. Conſiderate apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtrę Ieſu qui fidelis eſt ei: q fecit illū: ſicut & moſes i omī domo eiꝰ. Tāto amplioris enim glorię iſte prę moſe dignus habitus eſt: quanto amplioꝛem

COnſiderate aplm̄ ⁊ pōtificē. Ex epl̄a Pauli ad hebreos. cap. iij. In quo poſteaquā apl'us declarauit excellentiā noui teſtamēti ad vetꝰ: per hoc qd̄ xp̄s excellit angelos: nūc oſtēdit idē ꝑ hoc qd̄ excellit Moſen. Aplm̄. i. miſſum ſiue legatū. Sic enī̄ aplus interpretatur chriſtus igitur apl'us eſt. i. miſſus a patre qd̄ ipſe dixit: ſicut miſit me pr̄: ⁊ ego mitto vos. Qui fecit illud. ſubaudi pōtificē. neꝗ enī̄ a patre eſt fil'us factꝰ: ſed genitꝰ ſʒ potiꝰ fecit ꝓ eo qd̄ eſt ꝑficit poſitū ē: qd̄ eſt cōſentaneū ei qd̄ ſeqͣt: ſicut ⁊ moſes ſubꝑfectꝰ eſt. Iſte ꝑ Moſe. i. xp̄s quā moſes. Amplioꝛem

( ¶ Feria. iiij. ſequēti.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

honorē habet dom9.cōſtructio eſt greca.nā illi cōparatiuū genitiuo iungunt:at latini ablatiuo.ergo latine dicendū erat ampliorē domo Que domus ſumus nos.In greco cuius:ſcilicet chriſti domus nos ſumus:ꝛ cuius refertur ad filium.

¶Feria ſexta ſequenti.

Qui dicit ſe i luce eſſe.Ex ep̄la Joa.j.cap.ij.In q̄ poſteaquā ap̄lus multa p̄cepta ꝓpoſuit:ſubiūgit ꝛ hoc qḋ ptinet ad ꝓximi dilectionē.ꝛ q̄a pauloante dixit:qḋ tenebre trāſierūt:ꝛ verū lumē iā lucet:īfert. Qui dicit ſe in luce eē .i.in v̄itate euāgelica ꝛc. In tenebris.i. in ignorātia ꝛ vmbra legis moſaice. Neſcit q̄ eat.i.nō hēt certū vite finē cōſtitutū. Scribo vobis.ad eos peculiarit q̄ ſunt ab illo baptizati.q̄s vocat ꝑmis filiolos i ſp̄ū ḡnatos. Nomē ei9.i q̄ baptizati eſtis.i.xp̄i. P̄res.q̄rū eſt maior autoritas q̄ ab initio eſt.i. verbū īcarnatū. Adoleſcētes q̄ in etate lubrica poſiti viciſtis diaboli tētatiōes. Infātes.q̄ tm̄ aliquē rōnis vſum habēt aliq̄d quō poterāt cognoſcere deū. Juuenes atq; proinde fortioris etatis ad vincendum inſidias diaboli.

honorē habet domus qui fabricauit illā.Oīs nāq; domus fabricatur ab aliquo.Qui aūt omīa creauit deus eſt.Et moſes quidē fidelis erat in tota domo eius: tāq; famulus in teſtimoniū eorū quæ dicēda erāt.Chriſt9 vero tanq; filius in domo ſua.Quę domus ſumus nos:ſi fiduciā & gloriā ſpei vſq; ad finē firmam retineamus.

¶Fe.vi.Ioanis ap̄li.i.Cap.ii.

CHariſſimi.Qui dicit ſe i luce eſſe: & fratrem ſuum odit:in tenebris eſt vſq; adhuc. Nā qui diligit fratrē ſuū:in lumine manet: & ſcādalū in eo nō eſt.Qui autē odit fratrē ſuū in tenebris eſt: & in tenebris ambulat: & neſcit quo eat: qm̄ tenebrę obcęcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli: qm̄ remittūtur vobis peccata propter nomē eius.Scribo vobis p̄res: qm̄ cognouiſtis eū qui ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes: qm̄ viciſtis malignum.Scribo vobis iuuenes:quia fortes eſtis: & verbū dei manet in vobis. & viciſtis malignum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Dominica quarta poſt epiphaniam.

NEmini quicq̄. Ex ep̄la Pauli ad Rom̄. cap. xiij. Ubi ap̄lus poſteaq̄ oſtendit q̄d minores debēt maioribꝰ tributū ⁊ honorem: hic oſtēdit q̄d etiā debēt dilectionē. Diligit proximū. quoniam in dilectione ꝓximi cōplet̄ lex: queadmodū in dei dilectione incipit.

¶ Dominica quarta beati Pauli ad Romanos. Capitul'. xiii.

FRatres Nemini quicq̄ debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Qui em̄ diligit ꝓximū: legem impleuit. Nam nō adulterabis. nō occides. nō furaberis. non falſum teſtimonium dices. non cōcupiſces rem proximi tui. & ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc verbo inſtaurat̄. Diliges ꝓximum tuū ſicut teipm̄. Dilectio ꝓximi malū nō opat̄. Plenitudo ergo legis ē dilectio.

¶ Feria quarta. beati Pauli ad Romanos. Capitul'. v.

FRatres. Sicut per vnū hominem in hunc mundum peccatum intrauit: & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit: in quo omnes peccauerunt. Vſq̄ ad legem enim peccatū erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur cū lex nō eſſet. Sed regnauit mors

Hinc em̄ pēdēt leges ⁊ ꝓphete. In greco nō eſt q̄ diligit ꝓximum: ſed qui diligit aliū vt extendat ſe ad deum. Nam p̄me tabule p̄cepta ordinant̄ ad dei dilectionē: ⁊ ſecūde ad ꝓximū. Non operat̄ malū: ideſt non infert nocumentū proximo: et illō proximi datiuꝰ eſt potius: vt ſit ordo. dilectio non operatur malum ꝓximo.

¶ Feria q̄rta ſequēti.

SIcut per vnum hominem. Ex eadē epiſtola ad Romanos. cap̄. v. In quibus verbis apoſtolus oſtendit humane iuſtificationis modum: per cōparationē morbi ad medicinā: q᷑ ſicut p p̄mū hominem pctm̄: ita p chriſtū redēptio. Per vnū. ſ. Adā. In hūc mūdū. In greco nō eſt hūc ſꝫ tm̄ in mūdū. Et ita. ⁊ q̄q̄ coniunctio ſupfluit. nā eſt quo ītigit alfa ps ꝓpatiōis. In q̄. ſ. p̄mo hoīe. Uſq̄ ad legē. ātiphora eſt. nā diceret aliq̄s an̄ datā Moſe legē nō erat pctm̄: q᷑ vt ait Ariſtoteles āteq̄ ferat̄ lex nō refert hoc vl' illo modo agere. Pctm̄ nō imputabat̄. i. reputabat̄. Sed regnauit mors. ſolutio eſt q̄ſtionis. nā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mors pœna fuit peccati originalis: quō ergo pueri q̄ nō peccauerant moriebant? Nimirū: qꝛ in Adā oēs peccauerūt. In ſimilitudine. qꝛ ſumꝰ ex eo ꝓpagati. Forma futuri. i. chrī q̄ eſt Adā ſecūdus. Delictū. ſ. adā. Ita ꝛ donū. i. chrī grā: qꝛ multo maius fuit chriſti donū quā Ade pctm̄. In greco nō vt ꝑ vnū peccantē donū. Ex vno. ſ. peccato ade. In cōdēnationē. ſ. alioꝝ. In plures abūdauit. qꝛ magis excedit in bono q̄ peccatum in malo.

¶ Feria. vj. ſequēti.

Sicut ꝑ vniꝰ delictū. Ex eadem epl'a ꝛ cap. v. Et eſt q̄ infert ex ſupioribus: ꝛ lctō eſt manifeſta: niſi q̄ ꝓ eo q̄ dixit obedientiam potuit dicere obeditionē. Lex: ſcilꝫ Moſaica. Subintrauit. i. ſucceſſit legi naturali. Vt abundaret delictū. qꝛ q̄ pluribꝰ legibus obnoxij ſumus eo ampliꝰ delinqmꝰ: ſꝫ delicti cauſa nō eſt ī lege ſꝫ in nob. Superabūdauit grā. ſub chrī lege: qꝛ ſicut delictū tēdebat ad mortē: ita et grā ꝑducit ad vitā eternā. ¶ Dñica quarta poſt epiphaniam.

Induite vos ſicut electi. Ex epl'a pauli ad Coloſſ. ca. iij. In quo poſteaq̄ apl's

ab Adam vſq; ad Moſen: etiā in eos q̄ nō peccauerūt in ſimilitudinē ꝓuaricationis Adę: q̄ eſt forma futuri. Sed nō ſicut delictū ita & donū. Sicut enī vniꝰ delicto multi mortui ſunt: multo magis grā dei & donū in gratia vniꝰ hoīs ieſu chriſti in plures abūdauit. Et nō ſicut ꝑ vnū pctm̄ ita & donū. Non iudiciū ex vno in cōdēnationē: grā autem ex multis delictis ī iuſtificationē.

¶ Feria. vi. beati Pauli. Ad Romanos. Capitul'. v.

FRatres. Sicut per vnius delictum mors in oēs hoīes in cōdēnatione: ſic & ꝑ vnius iuſticiā grā in oēs hoīes iuſtificationē vitæ. Sicut enī per ībobedientiā vniꝰ hoīs pctores cōſtituti ſunt multi: ita & ꝑ vniꝰ obedientiā iuſti cōſtituti ſunt multi. Lex enim ſubintrauit: vt abūdaret delictū. Vbi autē abūdauit delictū: ſuperabundauit & gratia. Vt ſicut regnauit peccatum in mortē: ita & gratia regnet per iuſticiam in vitam æternam.

¶ Dñica. v. beati Pauli. Ad Coloſſenſes. Cap. iii.

FRatres. Induite vos ſicut electi ſācti dei & dilecti viſcera miſericor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Coloſſenſes in fidei veritate ⁊ moribꝰ inſtituit: nūc illos ī hoīes primū: deinde in deū ordinat. Dicit igit̄ induite vos viſcera mie. quātū ad pietatis opa. Electi dei. i. quos deꝰ elegit ⁊ p̄deſtinauit in bonū. Supportātes. alter alteriꝰ onera ſuſtinētes. Donātes. inuicē offenſas remittentes. Dn̄s donauit. In greco nō dn̄s ſed chriſtus legit̄.

diæ. Benignitatem/humilitatē/manſuetudinē/modeſtiam/patiētiam: ſupportantes inuicē & donātes vobiſmetipſis. Si quis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut dn̄s donauit vobis: ita & vos. Super omnia autē hæc charitatem habete: quod eſt vinculum perfectionis. Et pax chriſti exultet in cordibus veſtris: in qua vocati eſtis in vno corpore & grati eſtote. Et verbū chriſti habitet in vobis habundanter. In omni ſapientia: docentes & cōmonentes voſmetipſos in pſalmis hymnis & canticis ſpiritualibus: in gratia cantantes in cordibus veſtris deo. Omne quodcunq; facitis in verbo: aut in opere: omnia in nomine domini noſtri Ieſu chriſti gratias agentes deo & patri per ipſum.

¶ Feria. iiii. beati Pauli. Ad Romanos. Cap. ii.

FRatres. Scimus em̄ qm̄ iudicium dei eſt ſecūdum veritatem in eos

Sup oīa hec charitatē. repete a ſupiorībꝰ induimini. nā habete ab aliquo eſt adiectū cū in greco nō habeatur. Vinculū. q̄ peculiaris chriſtianorū virtus. Et pax chriſti. hic ordinat illos in deū. Pax chriſti. de qua dixit: pacē meam relinquo vobis. Exultet. ferueat ⁊ buliat. Uno corpe. ſ. eccl̄ie cuiꝰ caput eſt chr̄s. Grati. nō tm̄ de bn̄ficijs acceptis: ſed leti potiꝰ ⁊ hilares.

¶ Feria. iiij. ſequēti.

SCimus qm̄ iudiciū dei. Ex ep̄la Pauli ad Rom̄. cap̄. ij. In quo poſteaq̄ reprehēdit ap̄ls gentiliū pcta: hic cōſequēter arguit iudeos dicēs. Qꝛ licet inter peccata occulta et manifeſta ſit differētia quātū ad humanū iudiciū: per qđ tantū punitur manifeſta: tamē quantū ad diuinū iudiciū non eſt differētia. eo qđ punit nō minꝰ occulta q̄ manifeſta q̄ vtraq; ſūt illi eque nota. Secundum veritatē. ideſt ſecundum iuſticie veritatem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui nequiter agūt. In ep̄la Pauli eſt qui talia agūt: p nequiter agūt. Idē em̄ eſt ſenſus: q2 refert ad gētiliū pc̄a: ꝛ ſimil̄r p eo qđ ſequit impie agūt: habet in originali talia agūt. Facis ea. occulte q̄ illi faciūt publice. Iudiciū dei. q̄ſi dicat: non effugies. An diuitias cōtemnis. i. abūdantiā miſericordie q̄ te expectat ad pœnitētiā. Adducit. quantū eſt in ſe: tu tn̄ illi⁹ volūtati reſiſtis. Theſaurizas irā: ideſt accumulas pęnā in die ire. i. iudicij a dō tibi irato. Is quidē. hoc eſt bonis: q̄ nō ſūt abuſi dei patiētia: ſ3 in ſpe ſūt illi recōciliati. Qui ſm patientiā ſuꝑfluit qui. neq; em̄ eſt v̄bū ad qđ referat: ꝛ ē ordo: ijs ſc3 q̄rētib⁹ ꝛc̄. ꝛ eſt repetendū a ſuperiorib⁹ v̄bum reddet. Ex ꝯtemptione: ideſt ex cōtēptu ꝛ inobediētia. Ira indignatio ꝛc̄. ſubaudierunt.

¶ Feria. vj. ſequenti. NOn eſt pſonarꝫ acceptio. Ex eadē ep̄la ad Roma. ca. ij. Et ſequunt ſtatim hec v̄ba poſt finē ſuperioris ep̄le. et i primis remouet errorē iudeorū putantiū qđ ꝓpt̄ea qđ erāt gēs peculiaris deo futuri erāt minus puniēdi. Acceptio. i. gratificatio: q2 de⁹ ſm merita ſiue bona ſiue mala cuiq; reddit. Sine lege. ſ. ſcripta hi erāt gētiles: q̄ peccauerūt cō-

qui nequiter agūt. Exiſtimas autē homo qui iudicas eos q impie agūt: & facis ea quia tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis eius: & patientiæ: & lōganimitatis ei⁹ cōtemnis? Ignoras qm̄ benignitas dei ad pœnitētiā te adducet? Secūdū duritiam aūt tuā: & cor ipœnitēs theſaurizas tibi irā ī die irę & reuelatiōis iuſti iudicii dei: q reddet vnicuiq; ſcd̄m opera ſua. Is quidē qui ſecundū patientiā boni opis gloriā & honorē & incorruptionem quęrentibus vitam æternā. His autē qui ex cōtemptiōe & qui nō acquieſcūt veritati: credunt autē iniquitati: ira & indignatio: tribulatio & anguſtia: in omnē animam hominis operantis malū: iudęo primū & gręco. Gloria aūt & honor & pax omni operanti bonum.

¶ Fer. vi. beati Pauli ad Roma. Ca. ii.

FRatres. Nō eſt pſonarū acceptio apud deū. Quicūq; em̄ ſine lege peccauerint: ſine lege peribūt. Et quicūq; in lege peccauerūt: p legē iudicabunt. Nō em̄ auditores legis iuſti ſunt apud deū. ſed factores legis iuſtifi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tra legẽ nature. In lege.ſ.ſcripta ⁊ tradita ꝑ Moſen. Qui legẽ nõ habẽt.ſubaudi ſcriptã.habẽt tñ legẽ naturalẽ ſcriptã in cordib⁹ ſuis. Ideo dicit qđ ipſi ſunt ſibi lex. Legẽ nõ hñtes.ſubaudi moſaicam. Teſtimoniũ reddente.q꞉ naturalis rõ aſſentit bono ⁊ diſſentit malo. Cogitationũ.ꝑ eũdẽ caſum debuit hoc dici:hoc eſt ⁊ cogitatiõib⁹ accuſantib⁹ ⁊ deffendẽtibus:q꞉ ⁊ cõiunctio ſimiles caſus debet iũgere. In die. ꝓ vſq; in diem vltimi iudicij: qđ erit per chriſtum.

cabunt. Dũ enim gẽtes q̃ legẽ non habẽt naturaliter ea q̃ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legẽ nõ habẽtes: ipſi ſibi ſunt lex: q̃ oſtẽdunt op⁹ legis ſcriptũ in cordibus ſuis. Teſtimoniũ reddẽte illis cõſciẽtia ipſorũ: & ĩter ſe inuicẽ cogitationum accuſantiũ: aut etiã defendẽtiũ in die: quia iudicabit deus occulta hominum ſecũdum euangeliũ meũ. Per ieſum chriſtum dominũ noſtrum.

¶Dñica in.lxx. Pauli ad Corinthios prima. Capitulo.ix.

FRatres. Neſcitis ꝙ hi q in ſtadio currũt: oẽs quidẽ currũt: ſed vn⁹ accipit brabiũ? Sic currite vt cõprehendatis. Omnis em̃ qui in agone contẽdit: ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidẽ vt corruptibilẽ coronam acci

¶Dñica in.lxx.

Neſcitis qđ hi q̃ i ſtadio. Ex prima Corinthiorũ epl'a Pauli.ca.ix. ⁊ cap.x.i quib⁹ poſteaq̃ iſtituit Corinthios ſuo ipſi⁹ exẽplo: nũc idẽ facit illorũ exẽplo q̃ ſe ad ludos Olympicos parãt: q꞉ nemo coronat᷑: niſi q̃ legitime certauerit: atq; ideo eccleſia legit hodie hãc epiſtolã: vt ieiunãtes ⁊ penitentes expectent victorie ſue premiũ. Ideo dicit.neſcitis:quaſi dicat: optime hoc ſcitis: q꞉ neminẽ hoc latet. In ſtadio.ſic appellat᷑ loc⁹ in Olympia elidis: vbi quarto quoq; anno ludi Olympici celebrabant᷑.inter quos erat certamen curule in q̃ victor coronã reportabat. Brabiũ.i. premiũ qđ certantib⁹ ꝓponit᷑: vnde ⁊ agonithete.i.iudeorũ perfecti brabẽte cognominant᷑.duos barbariſmos in vno ỽbo cõmittũt imperiti. alterũ in ſcripto ꝙ ſcribũt brauiũ ꝑ.u/cõſonantẽ ꝓ b/alterum in ꝓlatione quod cũ penultima ſcribat᷑ per ei diphthongon: atq; ꝓinde ſit lõga reijciunt accentũ in tertiã a fine. Ut cõprehendatis: ſcil; premium victorie. In agone: ideſt in certamine. Abſtinet ab oibus.ſubaudi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que vires corpis eneruāt. aliqui athlete: vt dicit Ariſtoteles ex mul to cibo ⁊ exercitio vires augebāt. Incorruptā. rectius dixiſſet incorruptibilē. In incertū. q: vt ſcribit ad Timotheū: ſciebat repoſitā ſibi coronā iuſticie. Aerē verberās. i. q̄ vires inaniter fundit. Caſtigo. id qđ faciūt athlete q̄ ſe exercēt. Nolo enī. capitis ſequētis initiū eſt: vbi occurrit apſus quorundā falſe opinioni dicentiū nos in chriſto baptizati ſpūm ſanctū accepim⁹: igit coronā glie accipiem⁹? Nequaq̄ inq̄t ita eſt: ſed ex figura veritas agnoſcēda eſt: ⁊ ita ad premiū nobis eſt perueniendū: queadmodum neq3 filij iſrael interuenerūt in terrā pmiſſionis: q: detēti fuerunt tū in deum murmuratiōe: tū gula ⁊c. In nube. q̄ p diem illos precedebat. Exod. xiij. Baptizati ſūt ſub moſe. nā trāſit⁹ maris ſub moſe duce ⁊ nubis protectio baptiſmū figurabat. Eſcam ſpiritalē. i. māna. qđ ſignificabat euchariſtiam hoc eſt cibū ſpiritalem. Conſequenti petra. nam ſuperfluit eos: neq3 enī chriſtus venerat: ſed vēturus erat: igitur petra que futura erat: hoc eſt chriſtus: qui per petram illam ſignificabatur: igitur recte ſequente petra: non que ſequuta eſt.

piant: nos autē incorruptam. Ego igitur ſic curro: non quaſi in incertum. ſic pugno: non quaſi aerem verberās: ſed caſtigo corpus meū & in ſeruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: quoniam patres noſtri ſub nube omnes fuerunt: & oēs mare tranſierūt: & omnes in moſe baptizati ſunt in nube & in mari. Et omnes eandē eſcam ſpiritalem manducauerunt: & omnes eundē potum ſpiritalem biberunt. Bibebant autem de ſpiritali conſequenti eos petra. Petra autem erat chriſtus.

¶ Feria. iiii. Beati Pauli. Ad Hebrę os. Cap. iiii.

FRatres. Feſtinem⁹ ingredi in illā

¶ Feria quarta ſequenti.

FEſtinemus ingredi. Ex epiſtola Pauli ad Hebreos. cap. iiij. In quo poſteaquā oſtendit exēplis querendū nobis eſſe requiem: quoniā ipſe mundi conditor ſeptimo die requieuit: ⁊ laborantibus quadraginta annis in deſerto pꝑter peccata requies denega-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur: dicēte Pſalmographo. Si introibūt in requiē meam: tūc infert feſtinemus ergo ingredi in illā requiem: que quidē feſtinatio eſt per fidem in primis: deinde ꝑ charitatem. In idipſum. ideſt in conſimilem incredulitatis penā: que ſit alijs exemplū. Sermo dei. i. ꝟbum diuinū qđ humanā ſumpſit naturam. Viuus. ꝓ viuidus. Efficax. de quo Sapiētie. vij. omnium enim eſt artifex. Penetrabilior. actiue: vt Vergili⁹. penetrabile frigus adurat. Ancipiti. i. ab vtraq; parte acuto. Anime. qua viuim⁹. Spiritus. quo ſapimus. Compagum: quia corpus noſtrū oſſibus et neruis compactū eſt. Cogitationū. que ſoli deo ſunt note. Ad quem. pro de quo: prepoſitio ꝓ prepoſitione. Habentes ergo. feſtinādum igitur nobis eſt: quia habemus pontificem ⁊c. Cōfeſſionē. ore ⁊ opere credendo ⁊ ſperādo. Infirmitatibus. quia dolores noſtros ipſe portauit cū carne noſtra: iuxta illud Eſaie. Vere languores noſtros ipſe tulit. Tentatum. q: habuit carnis noſtre ſimilitudinē: ſed abſq; peccato ⁊ in eo diſſimilem. Miſericordiam cōſequamur. ingrediendo in requiem. Opportuno: ideſt tempore gratie. ¶ Dominica in ſexageſima.

requiem: vt ne in idipſm quis incidat incredulitatis exēplum. Viuus eſt em̄ ſermo dei & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti: & ptingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus. cōpagum quoq; ac medullarū: & diſcretor cogitationum & inuētionum cordis. & nō eſt alia creatura iuiſibilis i cōſpectu eius. Omnia autē nuda & aperta ſunt oculis eius: ad quem nobis ſermo. Habentes ergo pontificem magnum: qui penetrauit cœlos ieſum filium dei: teneamus ſpei noſtræ confeſſionem. Non enim habemus pontificem qui non poſſit cōpati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: vt miſericordiam cōſequamur: & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Per ieſum chriſtū dominum noſtrum.

¶ Dñica in. lx. Pauli ad Corinthios ſecūda. Cap̄. xi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Libēter ſuffertis. Ex epiſtola Pauli ad Corinthios. ij. cap. xi.
Et quia in principio capitis dixerat: vtinā ſuſtineretis modi-
cum qđ inſipientie mee: nūc infert libenter ſuffertis ⁊c. ſed ſuſtinetis
alios ⁊ me quoq; opinor ſuſtinebitis: q̄ nō ſum adeo moleſtꝰ vt illi.
In ſeruitutē: ſcʒ legis Moſaice: qđ faciebant pſeudo apl̄i. Deuorat
et accipit: ſcʒ bona ve-
ſtra. Extollit iactando
ſe apud vos. Scđm
ignobilitatē .i. q̄ſi non
fuerimꝰ nos adeo ar-
rogantes: vt nō poſſe-
mus illa apud vos fa-
cere: ſed fuimꝰ in hoc
pudētiores: quam illi.
In quo quis audet.
ſcʒ illorum cōmendan
do ſe: ⁊ ego quoq; poſ
ſum me commēdare.
In inſipientia. quia
inſipientie videtur eſſe
cōmēdare ſeipſum: ſed
quia illi ſe iactāt apđ
vos: et ego quoq; poſ
ſum: ⁊ quidē iuſtius q̄
illi. Hebrei ſunt ⁊c.
hec ſunt de quibꝰ illi
ſe iactabāt. Minꝰ ſa-
piēs .i. per inſipientiā:
vt ſupra dixit: ſed re vera hoc dicit: quomodocūq; ab aliis accipiat
quod multis modis oſtēdit. In laboribꝰ ⁊c. hec partim ſcripta ſunt
in apoſtolica hiſtoria: quā Lucas ſcripſit. partim in eiuſdē Pauli
ep̄lis. partim nuſq̄ ſcripta: ⁊ tñ ab apl̄o vere tolerata. In mortibꝰ
ideſt in periculis mortis. Quadragenas. ſcʒ plagarū. Vna minꝰ.
ideſt dēpta vna plaga. ex eo qđ in Deut. cap. xxv. ſcribit qđ ꝓ culpis
leuioribꝰ infligebant verbera: ita vt nō excederēt numerū quadra-
genariū: atq; iudicū arbitrio inde adhuc aliquid remitteret: ideo di
xit vna minꝰ. In ꝓfundo .i. in mari qđ tū altū: tū ꝓfundū appella-

ERatres. Libēter ſuffertis inſipiē-
tes: cū ſitis ipſi ſapientes. Suſtine-
tis enī: ſi quis vos in ſeruitutē re-
digit. Si quis deuorat: ſi quis accipit:
ſi quis extollitur: ſi quis in faciem vos
cædit. Secūdum ignobilitatem dico:
quaſi nos infirmi fuerimus in hac par
te. In quo quis audet. in inſipiētia dico:
audeo & ego. Hebræi ſunt: & ego. Iſra
elitę ſunt: & ego. Semen abrahæ ſunt: &
ego. Miniſtri chriſti ſunt: & ego. vt mi
nus ſapiēs dico: plus ego. In laboribꝰ
plurimis: in carceribꝰ abūdantiꝰ: i pla
gis ſupra modū: in mortibꝰ frequen-
ter. A iudęis quinquies q̄dragenas vna
minus accepi. Ter virgis cęſum: ſemel
lapidatus ſum: ter naufragiū feci. No-
cte & die in ꝓfundū maris fui. In itine
ribus ſępe: periculis fluminū: pericu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis latronũ: periculis ex genere: periculis ex gẽtib⁹. Periculis in ciuitate: periculis i ſolitudine: p̄iculis in mari: periculis in falſis fratrib⁹. In fame & ſiti: in ieiuniis multis. In labore & ærũna: in vigiliis multis. In frigore & nuditate: p̄ter illa q̄ extrinſec⁹ ſunt: inſtãtia mea quotidiana: ſolicitudo oĩm eccleſiarũ. Quis infirmat: & ego non infirmor? Quis ſcãdalizatur: & ego nõ vror? Si gloriari oportet: quæ ĩfirmitatis meæ ſunt gloriabor. Deus & pater dñi noſtri ieſu chriſti: qui eſt bñdict⁹ in ſecula: ſcit q̄ nõ mẽtior. Damaſci præpoſitus gẽtis Arethæ regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorũ: vt me cõprehenderet. Et per feneſtrã in ſporta dimiſſus ſum per murũ: & ſic effugi manus eius. Si gloriari oportet: nõ expedit quidẽ. Veniam autẽ ad viſiones & reuelationes domini. Scio hominẽ in chriſto ante ãnos quattuordecim ſiue in corpore ſiue extra corp⁹ neſcio: de⁹ ſcit: raptum huiuſmodi vſq; ad tertiũ cœlũ. Et ſcio huiuſmodi hominẽ: ſiue in corpore: ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit: quoniam raptus eſt in paradiſum: & audiuit arcana verba: quę nõ licet homini loq. Pro huiuſmodi gloriabor pro me autem nihil: niſi in infirmitatibus meis. Nam & ſi voluero gloriari: non ero inſipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem ne quis me

tur. Ex genere. ſ. meo hoc eſt iudeis. ex gẽtibus. i. gẽtilibus: q̄ extrinſecus ſunt: quoniã oĩa ſuperiora exteriora mala ſunt: ſed eccleſiaꝝ ſolicitudo ⁊ cura interior: ⁊ q̄ magis premunt q̄ illa exteriora. Infirmat. ſiue in corpore: ſiue in animo. Nõ infirmor. cõdolens illius egritudini. Scandalizatur. i. peccat alteri⁹ exẽplo. Non vror. i. ex eo facto torqueor. Nõ expedit. ideſt non eſt vtile. Et que ſequuntur ſumpta ſunt ex capite ſequẽti: hoc eſt duodecimo. ⁊ quanq̄ dixit non expedit: nihilominus narrat. Huiuſmodi hominem. De ſeipſo quaſi de alio loquitur. In corpore. anima non excluſa. Extra corpus. anima ſeparata a corpore. Arcana verba. In greco ineffabilia. Nihil. In greco: non gloriabor. Non ero inſipiens. De qua inſipientia iam ſupra loquutus eſt.

d

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quod videt in me.ideſt in cõuerſatione mea. Audit ex me.i.de doctrina mea. Extollat me.in ſuperbiam. Stimulꝰ carnis.in greco palus ſiue verber. Angelus ſathane.immo ſathanas in recto caſu. Qui me colaphizet.in mortẽ triumphantium:vt ait Hieronymus. Ter rogaui.numerꝰ finitꝰ ꝓ ĩfinito. Gratia mea.ꝑ quã poteris mala illa tolerare. Virtꝰ chriſti.i.fortitudo ⁊ tolerantia laborum.

existimet ſupra id qđ videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me:datus eſt mihi ſtimulus carnis meę: angelus ſathanę: qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui: vt diſcederet a me. Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis : vt inhabitet in me virtus chriſti.

¶ Feria.iiii. beati Pauli ad Hebręos. Capit.xii.

FRatres. Recogitate eũ eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribꝰ aduerſus ſemetipſum contradictionem: vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Nondũ enim vſqꝫ ad ſanguinem reſtitiſtis.aduerſus peccatũ repugnantes. Et obliti eſtis cõſolationis quæ vobis tanqꝫ filiis loquitur: dicẽs. Fili mi noli negligere diſciplinam domini:neqꝫ fatigeris:dum ab eo argueris. Quem enim dominꝰ diligit:caſtigat. flagellat autẽ omnem filiũ quem recipit. In diſciplina perſeuerate: tanqꝫ filiis vobis ſe offert deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod

¶ Feria.iiij.ſequẽti.

REcogitate eũ eum. Ex epiſtola Pauli ad Hebreos cap.xij. In quo apoſtolus admonet hebreos:quomodo ſe habere debẽt circa aduerſitates. Dicit igitur.recogitate eũ.ideſt chriſtum. Aduerſus ſemetipſum.appellabãt enim eũ hominem voracem ⁊ vini potorem. Vſqꝫ ad ſanguinem. ideſt ſanguinis effuſionem. Conſolationis: ideſt ꝯſolatoris. is eſt. Salomon prouerbiorum Cap.iij. Paucis verbis imutatis. Filium quẽ recipit.ſubaudi in filiũ:neqꝫ abdicat aut exheredat. Tanquã filiis.quaſi dicat vt pater non: vt tyrãnus ſeruis. Quẽ non corripit.quaſi eũ negligit non eſt pater

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed alienus. Extra diſciplinam: ſcilicet paternam. iam non eſtis fi- lii ſed ſpurii aut alieni. Deinde patres. deinde arguit ab exemplo et eſt a minori ad maius. ¶ Feria ſexta ſequenti.

Omnis diſciplina. ꝛc. eſt ſumpti ex eadem epiſtola ꝛ capite. Sequitur nãq; poſt verba ſuperioris epiſtole. Oīs diſciplina ꝛc. Non videt eſſe gaudii. immo doloris. Fructum pacatiſſimum: ideſt pacificum et delectabilem. Remiſſas manus: ideſt languentes ꝛ diſſolutas: quod eſt peccatū omiſſionis nō faciendo bonum. Greſſus rectos. fugiendo commiſſionis peccatum: ꝛ ſunt trāſlationes aptiſſime. Claudicans erret: ideſt incedēs claudus cadat. Sine qua: ſcilicet pace aut ſanctimonia. Nemo videbit deum. Ad illud reſpicit Matthei. v. Beati pacifici quoniam filii dei vocabūtur. Ne quid deſit. quia homo peccans deeſt gratie dei ſubtrahendo ſe ab illa ꝑ peccatum: non autē deus deeſt homini. Radix amaritudinis: ideſt odii in proximum. Surſum germinans. Tranſlatio eſt ſpinarum: que mediis frugibus innaſcuntur. Inquinētur multi. Pauorum: ſcilicet exemplo. Ne quis fornicator. ideſt aliquis ex

ſi extra diſciplinā eſtis: cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri & nō filii eſtis. Deinde patres quidē carnis noſtrę habuimus eruditores: & reuerebamur eos. Non multomagis obtēperabimus patri ſpirituum & viuemus?

¶ Feria ſexta beati Pauli ad Hebręos. Capitulo. xii.

Fratres. Oīs aūt diſciplina in pręſenti quidem videtur non eſſe gaudii: ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſticiæ. Propter qđ remiſſas manus & genua diſſoluta erigite. Et greſſus rectos facite pedib⁹ veſtris: vt non claudicans qs erret: magis autem ſanetur. Pacē ſequimini cū omnibus & ſanctimoniā: ſine qua nemo videbit deū. Contēplantes ne qs deſit gr̄æ dei: ne q̄ radix amaritudinis ſurſum germinās impediat: & per illam inquinent̄ multi. Ne qs fornicator aut



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vobis. Profanus.i.religione alienus. Eſau. filius ſcꝫ Iſaac qui vendidit primogenituram ſuam fratri ſuo Iacob. Ex Gen. capite. xxv. latiſſime ponitur hiſtoria: ⁊ de benedictione amiſſa poſtea latius capitulo. xxvij.

profanus: vt Eſau: qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua. Scitote enim quoniã & poſtea cupiẽs hereditare benedictionẽ: reprobatus eſt.

## ¶ Dñica in .l. Pauli ad Corinthios prima. Cap. xiii.

FRatres. Si linguis hominum loquar & angelorũ: charitatem autem nõ habeã: factꝰ ſum velut ęs ſonãs: aut cymbalũ tinniens. Et ſi habuero prophetiã: & nouerim myſteria oĩa: & oẽm ſciẽtiã: & ſi habuero omnẽ fidẽ ita vt mõtes transferã: charitatẽ aũt nõ habeã nihil ſũ. Et ſi diſtribuero ĩ cibos pauperꝝ oẽs facultates meas: & ſi tradidero corpꝰ meũ ita vt ardeã: charitatẽ aũt nõ habuero: nihil mihi prodeſt. Charitas patiẽs ẽ: benigna ẽ. Charitas nõ ęmulatᷣ: nõ agit perperã: non

## ¶ Dominica in quinquageſima.

SI linguis hominũ. Ex epiſtola .j. ad Corinthios cap. xiij. In quo apoſtolꝰ diſſerit de charitatis excellẽtia. Et quantũ ad eius neceſſitatẽ: quia ſine illa cetera dona nihil valẽt. Linguis hominũ. quia inter ſpiritusſancti dona eſt linguarum. Et angelorum. per quos hoĩbꝰ multa reuelanᷣ. Aes et cymbalũ. ex quibꝰ nõ reſultat niſi merus ſonꝰ. Tinniẽs. eſt metalli ꝑcuſſi crepitus. Perſiꝰ: mẽdoſum tinniat auro. Prophetiam. ideſt cognitionẽ occultorum: quod etiã eſt ſpiritusſancti donum. Fidem. q̃ etiã ad cognitionem pertinet. Ut montes trãſferam. ad illud ſaluatoris alludit. Nihil ſum. ideſt nullius valoris. Omnes facultates Ex ſaluatoris quoqꝫ cõſilio Matthei. xix. Si vis eſſe perfectus vade ⁊ vende oĩa q̃ habes: et da paupibus. Ut ardeã. id quod multi martyres fecerunt. Nihil prodeſt. quia charitas facit omnia illa meritoria. Charitas patiens eſt. Hic deinde commendat charitatem ab vtilitate. Patiens. aduerſitatum. Benigna. Aliis benefaciendo. Non emulatur: ideſt non inuidet bonis proximi. Perperam. ideſt peruerſe aut inconſtanter. Non inflaᷣ: ideſt non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuperbit. Ambitioſa. In honoribus appetendis. Que ſua ſunt idest vtilitatem ſuam. Non irritatur:ſcʒ ad iram. Non cogitat.i. cogitare ſinit. Suffert.condolẽdo proximis. Credit.que ſunt cre-denda per fidem. Sperat. q̃ ſunt ſperanda chriſtiano. Suſtinet. per animi equanimitatem. Charitas nunq̃. a ſtabilitate cõmendat

inflatur:non eſt ambitioſa: nõ quærit quæ ſua ſunt: nõ irritatur:non cogitat malum:nõ gaudet ſuper iniquitatem: cõgaudet autẽ veritati. Omnia ſuffert: omnia credit:om̃ia ſperat: om̃ia ſuſtinet. Charitas nunq̃ excidit. Siue prophetiæ euacuabunt̃:ſiue linguæ ceſſabunt:ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcim⁹:&ex parte prophetamus. Cum autẽ venerit quod perfectum eſt:euacuabit̃ quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus:loquebar vt paruulus:ſapiebam vt paruulus. Quãdo autẽ factus ſum vir:euacuaui quæ erãt paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate : tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſiue & cognitus ſum. Nunc autem manent fides:ſpes: charitas: tria hæc: maior autẽ horum eſt charitas.

charitatem. Prophetie.que ceſſabũt in patria. Lingue.quia nõ erit linguarum vſus. Sciẽtia.q₂ ſola dei cõtemplatio manebit. Ex parte. ideſt nõ perfecta ſcientia aut prophetia. Quod perfectũ eſt: ideſt charitas. Cum eſſem. per exẽplum ex ſeipſo oſtẽdit id quod dixit. Ut paruulus. balbutiens et ignarus et inania cogitans. Per ſpeculum.quia per hec que videmus in dei cognitionem tamen imperfectam. In enigmate:ideſt in figura:quia per alias res alias intelligimus. Tunc:ſcʒ in patria. Facie ad faciem:ideſt clare ⁊ non per figurã. Sicut cognitus ſum.ſ. a deo:et ſicut non ſignificat in hoc loco equalitatem ſed lõginquã ſimilitudinẽ. Fides ⁊ ſpes. quas dixit imꝑfectas:⁊ in hac vita ad ſalutẽ neceſſarias. Sed charitas eſt maxima harũ triũ: q₂ nõ ceſſabit in patria ſicut ſides ⁊ ſpes. ¶ Fer.iiij.i capite ieiunij.

¶ Feria.iiii.in capite ieiunii.
Lectio Iohelis. Cap̄.ii.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Conuertimini ad me. Ex Johele ꝓpha. c. iij. In quo poſtea ꝓpheta p̃dixit deſolationẽ futurã q̃ttuor illoꝝ regnoꝝ. Nunc incipit exhortari populũ ad penitẽtiã: vt mereat̃ miam ⁊ ꝯſolationẽ. Toto corde. i. nõ ſimulate. Nõ veſtimẽta. qđ factitari legimꝰ ſepe in ſacris lr̃is ab iis q̃ in maximã calamitatẽ deuenere. Miſericors et patiens. q̃ pctõres ad penitentiã expectat: vt miſereat̃. Preſtabilis. i. pcc̃a remittẽs. nã actiue ponit̃: qđ eſt rarum in v̇balibus terminatis in bilis. Malicia. i. pcc̃o. Quis ſcit. in pſona ꝓphete. hoc dicit: quia dñs bñ ſcit. Sacrificiũ ⁊ libamẽ. idẽ eſt: ⁊ ſubaudit fiat. Tuba. ad ppli ꝯuocatione. Sãctificate ieiuniũ. i. p ieiuniũ vos ſctõs efficite. Spõſus de cubili. q̃ tp̃us ãplexãdi: ⁊ tp̃us lõge fieri ab ãplexibꝰ. Eccl̃. iij. Veſtibulũ. ps tẽpli exterior. Et altare. qđ ẽ intra tẽplũ. Plorabũt ꝓ ploret. indicatiuus ꝓ imperatiuo. Parce. ſ. a pena ꝓ pcc̃o debita. Hereditatẽ. ſ. iudeam. Opprobriũ. i. ꝓbroſã ⁊ ſeruitutẽ. Vbi eſt deꝰ coꝝ. irriſio ẽ exprobrãtiũ hoſtiũ: hoc ẽ ſaracenos. Zelatꝰ ẽ. ꝯſolationẽ dei poſt pniam p̃dicit. ⁊ ꝑmis pollicet̃ terre fertilitatẽ. Mittã

Haec dicit dñs. Cõuertimini ad me: i toto corde veſtro: in ieiunio & fletu: & plãctu: & ſcidite corda vr̃a: & nõ veſtimẽta veſtra. Et cõuertimini ad dñm deũ veſtrũ quia benignus & miſericors eſt: patiẽs & multę miſericordię: & p̃ſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi conuertat̃ & ignoſcat deus: & relinquat poſt ſe bñdictionẽ? Sacrificiũ & libamẽ dño deo nr̃o. Canite tuba in ſion: ſanctificate ieiunium: vocate cœtũ: cõgregate populũ: ſanctificate eccleſiã: coadunate ſenes: cõgregate paruulos & ſuggentes vbera. Egrediatur ſpõſus de cubili ſuo: & ſpõſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulũ & altare plorabũt ſacerdotes & leuitę miniſtri dñi: & dicẽt. Parce dñe: pce pplo tuo: & ne des hęreditatẽ tuã in opprobriũ: vt dñentur eis nationes. Quare dicũt in populis: vbi eſt deus eorũ? Zelatus eſt dñs terram ſuã: & pepercit populo ſuo. Et reſpondit dominꝰ: Et dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumentum: & vinum: & oleũ. Et replebimini in eis. Et non dabo vobis vltra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

frumentū.in persona dñi hoc dicit: cōtra ſterilitatē quā fuerat interminatus. Opprobriū gentibus contra illud quod ſupra dixit. Hereditatem in opprobrium. ¶Feria quinta ſequenti.

Egrotauit Ezechias.ex Eſa.c.xxxviij. in quo poſteaq̄ ꝓpheta deſcripſit liberationē ab hoſte.hic cōſequēter ponit eius ſoſpitatem a morbo in quē iciderat. Vſq3 ad mortem: ideſt morbo incurabili. Filius Amos. nō is qui fuit vnus de duodecim prophetis minoribus: ſed et aliꝰ et ipſe ꝓpheta. Diſpone. vt ſic dicam fac teſtamētum. Ad parietem: vt attentiꝰ oraret. In veritate. non hoc dicit imputando bona que fert:ſed magis oſtendēs ſe gratū de beneficijs acceptis. Dies tuos. ante hac exactos. Ecce ego adijciam.hoc ſignum pertinet ad ꝓmiſſi cōfirmationem:quod de horologio ſubiungit. Regis Aſſyriorum. q̄ gerebat bellum cū hebreis.de quo in precedēti capitulo dixerat: quod angelus domini percuſſit in caſtris Aſſyriorum cētum octoginta quinq3 milia.

opprobrium in gentibus. Dicit dominus omnipotens.

¶Feria.v.Eſaiæ prophetę. Capitulo.xxxviii.

IN diebus illis. Aegrotauit Ezechias vſq3 ad mortē: & introiuit ad eū Eſaias filius Amos propheta. Et dixit ei. Hęc dicit dominus. Diſpone domui tuę:quia morieris tu: & nō viues. Et conuertit Ezechias faciē ſuam ad parietem:& orauit ad dominum:& dixit. Obſecro domine:memēto quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate:& corde perfecto:quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum eſt uerbum dñi ad Eſaiam ꝓphetā:dicens. Vade:& dic Ezechiæ. Hęc dicit dñs deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuā:& vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā ſuper dies tuos quindecim annos: & de manu regis Aſſyriorum eruā te:& ciuitatem iſtam: & ꝓtegam eā. Dicit dominus omnipotens.

¶Feria ſexta. Eſaiæ prophetę. Capitulo.lviii.

¶Feria ſexta ſequenti.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

octoginta quinq; milia.

Feria ſexta ſequenti.

Clama ne ceſſes. Ex Eſaia capitu. lviij. quanq̃ hebreorum quidã hec prophete verba aliter interpretentur: de chriſto ventur o cõmodius intelliguntur. Clama ne ceſſes. Verba ſunt patris ad chriſtum hominẽ. Quaſi tuba. id quod chriſtus in predicatione fecit euangelij. Populo meo. ſcꝫ iudeorum. Domui Iacob. q̃ dicitur etiam iſrael. Me querunt. legẽdo verba legis: vt boni videantur apud plebẽ. Volunt. ſubaudi videri: q̃ eis ſaluator obiicit arguẽdo illos de hypocriſi. Non dereliquerit. cũ fecerit contrarium. Rogãt me. vt opituler eis contra perſequẽtes. Volunt appropinquare. cũ re vera aliud faciant. et in ſui cõmẽdationem dicunt. Ieiunauimꝰ. hoc ꝛ Phariſeus ille imputat: q̃ ieiunabat bis in ſabbato. Humiliauimus. in cinere ꝛ ſacco. Et neſciſti: ideſt diſſimulaſti te neſcire. Ecce in die. Verba ſunt domini exprobrãtis iudeorum arrogantiam ſimul ꝛ ſimulationem. Voluntas veſtra. ideſt voluntatis prauitas. Debitores repetitis. cõtra illud oratiõis dominice. dimitte nobis ſicut nos dimittimus. Percutitis pugno. iniuriam proximo inferentes. Vt audiatur. ideſt ſi vultis preces veſtras a deo exaudiri. Quod elegi: ideſt quod ego approbo/ dicit dominus. Affugere animam ſuã. ꝑ carnis abſtinentiam. ꝛ intermiſit hec pauca verba: nunquid cõtorquere q̃ſi circulũ caput ſuũ: ꝛ ſaccũ: ꝛ cinerẽ ſternere: deide infert.

Haec dicit dñs. Clama ne ceſſes. quaſi tuba exalta vocẽ tuã: & annũcia populo meo ſcelera eorũ & domui Iacob pctã eorũ. Me etenĩ de die in diẽ quærũt: & ſcire vias meas volunt: quaſi gens q̃ iuſticiã fecerit: & quæ iudiciũ dei ſui nõ dereliquerit. Rogant me iudicia iuſticiæ: & appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus & nõ aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras: & neſciſti? Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra: & oẽs debitores vr̃os repetitis. Ecce ad lites & cõtẽtiones ieiunatis: & ꝑcutitis pugno impie. Nolite ieiunare ſicut vſq; ad hãc diem vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi: per diẽ affligere hominẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nunquid iſtud vocabis ieiuniū. ſubaudi acceptū ⁊ approbatū mihi? Nōne hoc. quod ſequitur. ſ. abſtinere a malo: ⁊ facere bonū. Colligationes impietatis. quia iudei principes intendebant calūnias ⁊ cautelas pauperibus quibꝰ illoꝝ poſtea diripiebāt bona. Faſciculos. i. onera incōportabilia. De quibus Matthei. xxiij. alligāt onera grauia. Cōfracti ſunt. i. in ſeruitute detenti. et ſubdit alia miſericordie opera. Erumpet lumē tuum. quia orietur tibi ſol iuſticie. Sanitas. a pcti morbo. Anteibit iuſticia. per angelum te cuſtodientem qui aſtat dei preſentie. Colliget te. in die mortis. Quia miſericors. hoc adiectum eſt: quia in hebreo non habetur.

animā ſuā? Nunquid iſtud vocabis ieiuniū: & diē acceptabilē dn̄o? Nonne hoc eſt maius ieiuniū: quod elegi? Diſſolue Colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimentes. Dimitte eos qui cōfracti ſunt liberos: & omne onꝰ eorū diſrumpe. Frange eſurienti panē tuū: & egenos vagoſq; induc i domū tuā. Cū videris nudum operi eum: & carnē tuā ne deſpexeris. Tunc erūpet quaſi mane lumē tuū: & ſanitas tua citius orietur. Et anteibit faciē tuā iuſticia tua: & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dn̄s exaudiet. Clamabis: & dicet adſū. Quia miſericors ſum Dominus deus tuus.

¶ Sabbato. Eſaię pphetę. Cap. lviii.

HAec dicit dn̄s deus. Si abſtuleris de medio tui catenā: & deſieris digitū extēdere: & loqui quod nō pdeſt: cū effuderis eſurieti aīam tuā & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua: & tenebræ tuę erunt ſicut meridies. Et requiē dabit

¶ Sabbato ſequenti.

SI abſtuleris de medio. Verba ſunt eiuſdem prophete que ſequuntur poſt ſuperioris prophetie finem. dicit igitur. Si abſtuleris catenam. ſcilicet q̄ tenebas i peditum tuis cauillationibus. Extendere digitum notando alios de infamia: vt poete dicunt medium porrigendo digitum. Effuderis animam. ideſt miſerationis affectum. Repleueris. ex paupertate ſubleuando. Lux tua. ideſt auferentur tibi tenebre in quibus errabas. Requiem: ideſt mentis pacē.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Oſſa tua. ab infirmitate liberum reddet. Hortus irriguus.i.fertilis ex eo quod frequenter rigatur. Edificabuntur deſerta. q̄a etiā tuo exemplo alios ad te allicies qui erant abalienati. Edificator ſepium.i.ſpinarum ex quibus hortis pretenduntur ſepes. Semitas in quietem.i.vias anguſtas in latitudinem deducēs. A ſabbato pedem.i. nihil mali perpetraueris. Facere.i. ad faciendū aliquod pro libidine tua. Delicatum. vacando tantum rebus diuinis ⁊ abſtinendo a labore. Glorificaueris eum.i. honoraueris. Vias tuas. in quibus ante hac ambulabas. Voluntas tua.i. pars irrationalis: ſed omnia per rationē expedies. Delectaberis. quia cōſolabitur te dominus. Suſtollam te.in contemplationem rerum diuinarum. Hereditate patris. cuius chriſtiani ſūt veri heredes exheredatis iudeis.

tibi dñs deus tuꝰ ſemper: & implebit ſplendoribus animam tuā: & oſſa tua liberabit. & eris quaſi hortus irriguus: & ſicut fons aquarū cuius non deficiet aquę. Et edificabuntur in te deſerta ſæculorū: fundamenta generatiōis & generationis ſuſcitabis. Et vocaberis ędificator ſepiū: auertens ſemitas ī quietē. Si auerteris a ſabbato pedem tuū: facere volūtatē tuā in die ſancto meo: & vocaueris ſabbatū delicatū: & ſanctū dñi glorioſum: & glorificaueris eū: dū nō facis vias tuas: & nō inuenietur voluntas tua vt loquaris ſermonē: tunc delectaberis ſuper dño deo tuo. Et ſuſtollā te ſuper altitudinem terrę: & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Os enim domini locutum eſt hęc.

¶Dominica in.xl. Beati Pauli ad Corinthios.ii. Cap.vi.

FRatres. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tp̄e accepto exaudiui te.

¶Dominica in quadrageſima.

Hortatur vos. Ex epiſtola. ij. ad Corinthios capitulo.vj. In quo poſteaꝙ apoſtolus commendauit miniſterium noui teſtamenti: hic hortatur alios ad executionem debitā huius miniſterij ⁊ armat apoſtolus chriſti milites in quatuor virtutibus cardinalibus. Et primo in fortitudine dicens. Adiuuantes.i. cooperantes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt deo quaſi miniſtri. In vacuū.i.in vanū.ſed dicet quiſpiam gratia dei non eſt in manu mea.ſubiungit. Tempore accepto.i.noue legis. Et eſt Eſaie.xlix. Die ſalutis.ſub ſaluatore chriſto viuentibus. Nemini dantes.i.nolumus dare ſcandalum τ occaſionem. Exhibeamus.per preſens legendum eſt ſicut in greco exhibemꝰ. In multa patiētia.que eſt fortitudinis pars. In caſtitate τieiunijs.quod eſt temperantie opus In ſcientia quod eſt opus tertie virtutis: hoc eſt prudentie: cui adiungit longanimitatem charitatem τveritatem. Per arma iuſticie: quod eſt vltime virtutis cardinalis opus. A dextris τ ſiniſtris.i.ſecundorꝝ τ aduerſorū.qa virtutis eſt equanimiter inter pſpera τ aduerſa ſe habere:per gloriam ecce proſpera: p ignobilitatē: ecce aduerſa. nā obijciebatur apoſtolis ignobilitas. In famia τ bona fama. Eodem modo ſunt exponenda.τ que ſequūtur. Seductores τ veraces. Noti τ ignoti. Morientes τ viui. τc. quia opinione quorūdam reputabantur infelices τ miſeri. aliorꝝ ꝟo felices.ipſi veroſeipſos bꝛos exiſtimabāt.

& die ſalutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem: vt non vituperetur miniſteriū noſtrum. Sed in omnibus exhibeamꝰ noſmetipſos ſicut dei miniſtros: ī multa patientia: in tribulationibus: in neceſſitatibꝰ: in anguſtiis: in plagis: in carceribus: in ſeditionibus: in laboribus: in vigiliis: in ieiuniis: in caſtitate: in ſciē tia: in longanimitate: in ſuauitate: in ſpiritu ſancto: in charitate nō ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iuſticię a dextris & a ſiniſtris: per gloriā & ignobilitatem: per infamiam & bonam famā: vt ſeductores & veraces: ſicut qui ignoti & cogniti. Quaſi morientes & ecce viuimus: vt caſtigati: & non mortificati. Quaſi triſtes: ſemper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes.

¶ Feria ſecunda Ezechielis prophetę. Capitul.xxxiiii.

¶ Feria ſecunda ſequenti.

ad aliud iuſſero. Aſcédés.i.vñ eſt in ipſo articulo aſcẽdendi. Senio ribus.illis ſeptuaginta quibus cõmiſerat gubernationis curã. Reuertamur.ſ.ego ⁊ ioſuc. Aaron.fratrẽ Moſis. Hur.ſ.maritũ anne ſororis Moſis. Queſtionis.i.litigij aut controuerſie. Referetis ad eos.i.ad illoꝝ iudiciũ: Aſcendiſſet Moſes. relicto Joſue in mõtib⁹ articulo ſiue humero.

Operuit montẽ.quod erat ſignũ pñtis dñi. Sex dieb⁹. anteſquã illũ dñs alloquereť:nihilomin⁹ tñ ⁊ poſtea nubes perſtitit:quia ⁊ ſeptimo die de nube illũ vocauit. Quaſi ignis: qui erũpens de nube tẽdebat in ſublime:ita vt poſſet in caſtris videri. In montẽ .i.mõtis verticẽ. Quadraginta diebus. hoc prefigurabat quadraginta dieꝝ ieiuniũ qḋ facit ad rẽ: quẽadmodum ⁊ qḋ ſequiť de helia propheta.

tabulas lapideas: & legẽ ac mandata q̃ ſcripſi:vt doceas filios iſrael. Surrexit Moſes & ioſue miniſter eius. Aſcendenſq; moſes in mõtẽ dei: ſeniorib⁹ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis Aarõ & hur vobiſcũ: ſi quid natũ fuerit queſtionis: referetis ad eos. Cumq; aſcẽdiſſet Moſes: operuit nubes montẽ: & habitauit gloria dñi ſuper ſinai:tegens illũ nube ſex diebus. Septimo autẽ die vocauit eũ dñs de medio caliginis. Erat autem ſpecies glorię dñi: quaſi ignis ardens ſup verticem montis in conſpectu filioꝝ iſrl'. Ingreſſuſq; Moſes medium nebulæ: aſcendit in montẽ. Et fuit ibi quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus.

¶ Lectio libri Regum.iii. Capitulo.xix.

IN dieb⁹ illis. Venit Helias in Berſabe iuda: & dimiſit ibi pueꝝ ſuũ:

VEnit helias in Berſabe.cx.iij. Regũ volumine cap̃. xix. In quo poſteaq̃ dixit ꝙ Jezabel regis Achab vxor minata ẽ mortẽ helie propterea qḋ occidit prophetas Baal: nũ ſcribiť quõ fugiẽs regione minas venit i Berſabe iuda.⁊ adiecit iuda.qm̃ ẽ altera eiuſdẽ nois in tribu Simeonis. Joſue.xiiij. Puerũ ſuũ.filiũ mulieris quẽ ſuſcitauerat.

Anime ſue.i.petiuit a deo mortē. Iuniperus arbor eſt quibuſdā in locis adeo ramis protentis vt vmbrā faciat. Vergilius in bucolicis. Iuniperi grauis vmbra. Obdormiuit.ex itinere labore feſſus. Sub cinerci⁹ panis.cuiuſmodi panes etiā hodie multis in locis fiūt: qui etiam in libris regum:& Paralipomenonis collyride ſiue collycide vocantur. In fortitudine. quoniam etiam ex natura ſua pluri-mum alimenti habet vnde athleti miniſtrabatur. Iuuenalis comedunt colliphia pauce. In Oreb. Mons eſt in regione Madian non longe a ſyna. Euſebi⁹ tamen in Topographia locū eſſe dicit trans iordanem.

&perrexit in deſertum viā vnius diei. Cumq; veniſſet & ſederet ſubter vnam iuniperum:petiuit animę ſuę vt moreretur. Et ait. Sufficit mihi domine: tolle animam meam. Neq; enim melior ſum quam patres mei. Proiecitq; ſe: & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: dixitq; ei. Surge comede. Et reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinerci⁹ panis: & vas aquę. Comedit ergo: & bibit: & rurſum obdormiuit. Reuerſuſq; eſt angelus domini ſecundo: & tetigit eum dixitq; illi. Surge comede: grandis em̄ tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet: comedit & bibit. Et ambulauit ī fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſq; ad montē dei Oreb.

Feria quarta ſequenti.

Factus eſt ſermo domini Ex Ezechiele propheta capi. xviij. in quo ſupponendum eſt: quod iudei conquerebantur dicentes: quod deus illos puniebat nō pro ſuis ſed pro parentum delictis. ad quorum confutationem proponit. parabolam ex Prouerbio hn̄tē fundamentū dicēs. Quid ē hoc? Et ſunt vba dei. Eſt aūt pabola gn̄e diſſimiliū cōparatio. Prouerbiū

Feria quinta. Lectio Ezechielis prophetæ. Capitul. xviii.

IN dieb⁹ illis. Fact⁹ ē ſermo dn̄i ad me dicēs. Quid eſt q intervos parabolam vertitis in puerbiū iſtud in

ad aliud iuſſero. Aſcēdēs.i.dū eſt in ipſo articulo aſcēdendi. Senio ribus.illis ſeptuaginta quibus cōmiſerat gubernationis curā. Re uertamur.ſ.ego & ioſue. Aaron.fratrē Moſis. Hur.ſ.maritū anne ſororis Moſis. Queſtionis.i.litigij aut controuerſie. Referetis ad eos.i.ad illorū iudiciū: Aſcendiſſet Moſes. relicto Joſue in mōtib⁹ articulo ſiue humero.

Operuit montē.quod erat ſignū pñtis dñi. Sex dieb⁹. anteq̄ illū dñs alloqueret̄:ni hilomin⁹ tñ & poſtea nubes perſtitit:quia & ſeptimo die de nube il lū vocauit. Quaſi ignis: qui erūpens de nube tēdebat in ſubli me:ita vt poſſet in ca ſtris videri. In montē .i.mōtis verticē. Qua draginta diebus. hoc pręfigurabat quadra ginta dierū ieiuniū qđ facit ad rē: queadmo dum & qđ ſequit̄ de he lia propheta.

tabulas lapideas: & legē ac mandata q̄ ſcripſi:vt doceas filios iſrael. Surrexit Moſes & ioſue miniſter eius. Aſcen denſq; moſes in mōtedei: ſenioribꝰ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos.Habetis Aarō & hur vobiſcū: ſi quid natū fuerit queſtionis: referetis ad eos. Cumq; aſcēdiſſet Moſes: ope ruit nubes montē: & habitauit gloria dñi ſuper ſinai:tegens illū nube ſex die bus.Septimo autē die vocauit eū dñs de medio caliginis. Erat autem ſpecies glorię dñi: quaſi ignis ardens ſup ver ticem montis in conſpectu filiorū iſrl̄. Ingreſſuſq; Moſes medium nebulæ: aſcendit in montē. Et fuit ibi quadra ginta dieb⁹ & quadraginta noctibus.

Uenit helias in Berſabe.ex.iij. Regū volumine cap. xix. In quo poſteaq̄ dixit q̄ Jezabel regis Achab vxor minata ē mortē helie propterea qđ occidit prophetas Baal: nō ſcribit̄ quō fugiēs regione minas venit i Berſabe iuda.& adiecit iuda.qm̄ ē altera eiuſdē nois in tribu Simeonis.Joſue.xiiij. Puerū ſuū.filiū mulieris quē ſuſcitauerat.

¶ Lectio libri Regum.iii. Capitulo.xix.

IN dieb⁹ illis. Venit Helias in Ber ſabe iuda: & dimiſit ibi puerū ſuū:

Anime ſue.i.petiuit a deo mortẽ. Iuniperus arbor eſt quibuſdã in locis adeo ramis protentis vt vmbrã faciat. Vergilius in bucolicis. Iuniperi grauis vmbra. Obdormiuit.ex itinere labore feſſus. Subcinerciꝰ panis.cuiuſmodi panes etiã hodie multis in locis fiũt: qui etiam in libris regum:ꝛ Paralipomenonis collyride ſiue collycide

& perrexit in deſertum viã vnius diei. Cunq; veniſſet & ſederet ſubter vnam iuniperum:petiuit animę ſuę vt moreretur. Et ait. Sufficit mihi domine: tolle animam meam. Neq; enim melior ſum quam patres mei. Proiecitq; ſe: & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: dixitq; ei. Surge comede. Et reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinerciꝰ panis: & vas aquę. Comedit ergo: & bibit: & rurſum obdormiuit. Reuerſuſq; eſt angelus domini ſecundo: & tetigit eum dixitq; illi. Surge comede: grandis enĩ tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet: comedit & bibit. Et ambulauit ĩ fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſq; ad montẽ dei Oreb.

Feria quinta. Lectio Ezechielis prophetæ. Capitul. xviii.

IN diebꝰ illis. Factꝰ ẽ ſermo dñi ad me dicẽs. Quid eſt ꝙ inter vos parabolam vertitis in ꝓuerbiũ iſtud in

vocantur. In fortitudine. quoniam etiam ex natura ſua plurimum alimenti habet vnde athleti miniſtrabatur. Iuuenalis comedunt colliphia pauce. In Oreb. Mons eſt in regione Madian non longe a ſyna. Euſebiꝰ tamen in Topographia locũ eſſe dicit trans iordanem.

Feria quarta ſequenti.

FActꝰ eſt ſermo domini Ex Ezechiele propheta capi. xviii. in quo ſupponendum eſt: quod iudei conquerebantur dicẽtes: quod deus illos puniebat nõ pro ſuis ſed pro parentum delictis. ad quorum confutationem proponit. parabolam ex Prouerbio hñtẽ fundamẽtũ dicẽs. Quid ẽ hoc: Et ſunt ꝟba dei. Eſt aũt ꝑabola gñe diſſimiliũ cõparatio. Prouerbiũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vero/que a grecis dici-
tur paroemia: ſenten-
tia rebus temporibuſ
ꝙ accommodata: igiť
dicit quod ſimilitudo
verſa eſt in ſententiã.
Comederũt vuam. id
eſt peccauerunt. Ob
ſtupuerunt: ideſt lue-
runt peccati penam.
Viuo ergo. iurandi eſt
forma apud hebreos.
Si erit. quaſi dicat. nõ
erit. ſicut illud pſalmi
Si introibunt in re-
quiem meã. Ipſe mo-
rietur. non filius ꝓ pa-
tre. Et vir. per exẽ-
plum oſtẽdit quod di-
xit. In montibus. vbi
erant idola indigena-
rum. Vnde ꝛ de bonis
regibus in libris Re-
gum quod abſtulerũt
excelſa. Pignus debi-
tori. in ſuprema neceſ-
ſitate illius rei conſti-
tuto. Iudiciuꝫ fecerit.
ſumptus arbiter inter
diſcepantes. Quod
ſi. exemplum a cõtra-
rio de filio ꝑuerſo ho-
minis iuſticie operibꝰ
cuius opera cõtraria
repetit. Cum vniuer-
ſa hec. non collectiue
ſed diſtributiue ꝓ quo

terra iſrael dicentes. Patres comederũt
vuam acerbam: & dentes filiorum ob
ſtupeſcunt. Viuo ego dicit dñs deus.
Si erit vobis vltra parabola hęc in pro
uerbiũ in iſrael. ecce oẽs aĩę meę ſunt.
vt aĩa patris: ita & anima filii mea eſt.
Anima quę peccauerit: ipſa morietur.
& vir ſi fuerit iuſtus: & fecerit iudiciũ
& iuſticiã: in montibus nõ comederit:
et oculos ſuos nõ leuauerit ad idola do
mus iſrael: & vxorem proximi ſui nõ
violauerit: et ad mulierem menſtruatã
non acceſſerit: et hominẽ non contri-
ſtauerit: pignus debitori reddiderit: p
vim nihil rapuerit: panẽ ſuũ eſurienti
dederit: et nudum operuerit veſtimen
to: ad vſurã nõ cõmodauerit; et ampliꝰ
non acceperit: ab iniquitate auerterit
manũ ſuã: et iudiciũ verũ fecerit inter
virũ & virũ: in pręceptis meis ambu-
lauerit. et iudicia mea cuſtodierit. vt fa-
ciat veritatem: hic iuſtus eſt. Vita viuet
ait dñs deus. Quod ſi genuerit filium
latronẽ effundentẽ ſanguinẽ: et fecerit
vnum de iſtis: et hæc quidem omnia
non facientem: nunquid viuet? non vi
uet. Cum vniuerſa hæc deteſtanda fece
rit: morte morietur. Sanguis eius in
ipſo erit. Quod ſi genuerit filium: qui
videns omnia peccata patris ſui quę fe
cit timuerit: et non fecerit ſimile eis: et
iudicia mea fecerit: et ĩ præceptis meis
ambulauerit: hic non morietur in ini

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quitatē patris ſui: ſed vita viuet. Pater
eius quia calumniatus eſt: & vim fecit
fratri: & malū opatus eſt in medio po
puli ſui: ecce mortuꝰ eſt in iniqtate ſua.
Et dicitis. Quare nō portabit filiꝰ ini
quitatem patris? Videlicet quia filiꝰ iu
dicium: & iuſticiā operatus eſt. Oīa
pręcepta mea cuſtodiuit: & fecit illa: vi
ta viuet. Ait dn̄s omnipotens.

¶ Feria. vi. Ezechielis pro-
phetæ. Capitul. xviii.

HAec dicit dn̄s deus. Anima quę
peccauerit ipſa morietur. Filiꝰ
non portabit iniquitatē patris.
& pater nō portabit iniquitatē filii. Iu
ſticia iuſti ſuper eū erit: & impietas im
pii erit ſuper eum. Si aūt impius egerit
pœnitētiā ab oībus peccatis ſuis quæ
operatꝰ eſt: & cuſtodierit vniuerſa p̄ce
pta mea: et fecerit iudiciū & iuſticiā vi
ta viuet & nō morieť. Oīum iniquita
tū eiꝰ quas opatus eſt: nō recordabor.
In iuſticia ſua quā opatꝰ eſt: viuet. Nū-
quid volūtatis meę eſt mors impii: di
cit dn̄s deus: & nō cōuertať a viis ſuis:
& viuat? Si autē auerterit ſe iuſtus a iuſti
cia ſua: & fecerit iniqtatē ſcd̄m oēs ab-
ominatiōes: quas opari ſolet impius:
nunquid viuet? Oēs iuſticiæ eius quas
fecerat: non recordabuntur. In præua
ricatione ſua qua pręuaricatus eſt: & in
peccato ſuo quod peccauit: in ipis mo
rietur. Et dixiſtis. Nō eſt æqua via do-

liber illorum. Quod
ſi. exēplū de filio iuſto
patris iniuſti. Et oīa
ſunt ex ſuperioribꝰ ma
nifeſta.

¶ Feria. vj. ſequenti.

ANima q̄ pecca-
uerit. Ex eodē
cap̄. xviij. Ezechielis.
Ubi poſteaq̄ ſupio-
ra colligit ponit exem
pla de aduertentibus
ſe a propoſito: et pri-
mo de malo in bonū.
Omnia precepta. nā
peccans in vno factus
eſt omnium reus.
Non recordabor. pu
niendo eternaliter. pu
nientur tamen tempo
raliter. Si autē auer
terit ſe iuſtus. Ponit
exēplum de auertente
ſe a bono in malum.
Juſticie quas fece-
rat. ſcilicet tēpore gra-
tie. Non recordabun
tur. genus verbi po-
ſuit pro genere: hoc eſt
deponens pro actiuo.
Et dixiſtis. ſubaudi
male de me opinan-
tes. Non eſt equa ſic
puniendo / quemad-
modum eſt dictum.

e

Cū auerterit ſe impi⁹.
exēplū a ɔtrario ⁊ ſupi
ora colligēs: vnū quē-
q; iuxta vias ſuas iu-
dicabo.i.ſm opa q̄ geſ
ſit. ¶ Sabbō ſequēti.

LOquut⁹ ē Moy
ſes. Ex Deute-
ro.c.xxvj. In q̄ poſtea
q̄ poſuit legis p̄cepta:
nunc dicit q̄ debet hō
eſſe gratus de benefi-
ciis a deo acceptis:et
quo modo ſit a deo p̄-
caturus. De ſanctua
rio.q̄d ſi ſanctario po-
tius eſſet legendū. nā
ſanctaria ſunt vbi ſcē
reponunt̄ res. Habi-
taculo celorū. q̄ȝ celū
celi dñō:tū in terra q̄q;
illi habitaculū ɔſtruit̄
ad illi⁹ celeſtis imagi
nem. Hodie dñs. de
obediētia i diuinis mā
datis. Et dicit hodie
ꝓ eo q̄ eſt ſemp. qua
le eſt illud.Ego hodie
genui te.⁊ q̄ ſequitur
dñm elegiſti hodie.i.
ineternū ex quo legē
illius in mōte ſinay ac
cepiſti: et hodie elegit
te eodē modo eſt expo
nendum. Peculia-
ris. ideſt propri⁹ a pe-
culio/ quod eſt ꝓpriū

mini. Audite ergo domus iſrael. Nun
quid via mea nō eſt æqua:& nō magis
viæ veſtrę prauę ſunt? Cū eñi auerterit
ſe iuſt⁹ a iuſticia ſua:& fecerit iniquita-
tē:morieť in eis. In iniuſticia ſua quā
operatus eſt/ morieť. Et cū auerterit ſe
impius ab īpietate ſua quā opatus eſt:
& fecerit iudiciū & iuſticiā: ipſe animā
ſuā viuificabit. Cōſiderans eñi & auer
tens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis:
quas operatus eſt: vita viuet & nō mo
rietur. Dicit dominus omnipotens.

¶ Sabbato. Lectio Deutero
nomii. Capitulo.xxvi.

IN diebus illis. Loquutus eſt Moy-
ſes ad dominū dicens. Reſpice do-
mine de ſanctuario tuo:& de excel-
ſo cœlorū habitaculo: & benedic po-
pulo tuo iſrael: & terræ quam dediſti
nobis:ſicut iuraſti patribus noſtris:ter
ræ lacte & melle manantí. Audi iſrael.
Hodie dominus deus tuus præcepit
tibi: vt facias mādata eius atq; iudicia:
& cuſtodias & impleas ex toto corde
tuo:& ex tota anima tua. Dominū ele-
giſti hodie: vt ſit tibi deus: & ambules
in viis eius: & cuſtodias cerimonias il-
lius: & mandata atq; iudicia: & obe-
dias eius imperio. Et dominus elegit
te hodie:vt ſis ei populus peculiaris: ſi-
cut loquutus eſt tibi: vt cuſtodias om-
nia præcepta illius: & faciet te excel-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius qui ſeruit. Excelſiorem. quod fecit in populo chriſtiano iſraelitico populo abdicato. Quas creauit. quia omnia in dei gloriam ordinantur.

ſiorem cunctis gentibus: quas creauit in laudem & nomē & gloriam ſuam. Et ſis populus ſanctus domini dei tui: ſicut loquutus eſt.

¶ Lectio Deuteronomii. Capitulo. xi.

IN diebus illis. Dixit Moyſes filiis iſrael. Si cuſtodieritis mandata quæ ego p̄cipio vobis: & feceritis ea: vt diligatis dominum deum veſtrum: & ambuletis in omnibus viis eius adhærentes ei: diſperdet dominus omnes gētes iſtas ante faciem veſtram: & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto & libano & flumine magno euphrate vſqꝫ ad mare occidentale erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrorem veſtrū & formidinem dabit dominus deus veſter ſuper omnem terrā: quam calcaturi eſtis: ſicut loquutus eſt vobis dominus deus veſter.

¶ Lectio Macchabeorum. ii. Capitulo. i.

IN diebus illis. Orationē faciebāt omnes ſacerdotes dum offerrent

IN diebus illis: dixit Moſes filiis iſrael. Si cuſtodieritis ꝛc. Ex Deutero. cap̄. xj. Ubi poſteaquā poſuit legis precepta premia ſeruātibus illa. ꝓponit deum veſtrū qđ potiſſimum eſt ex preceptis. Gentes iſtas: quarum regiones poſſeſſuri eſtis. Fortiores vobis. ꝛ numero ꝛ robore. A deſerto deſcriptio eſt terre promiſſionis. nā deſertū eſt a meridie. libanus mōs a ſeptētrione. euphrates ab ortu ſolis: ab occaſu ꝟo mare occidentale. ideſt Cypriū quod iudeam ab occaſu abluit. Terrorem veſtrum. actiue ideſt quem hoſtibꝰ veſtris incutietis.

IN diebus illis. Orationem faciebant. Ex ſecundo Maccabeorum libro capitulo primo. Sed verborum epiſtola ordine permutato.

Eſt autem epiſtola iudeorum habitantiū in iudea ad eos q̄ habitant in egypto. Inuitant nanqꝫ eos



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad celebritatē quorūdam feſtoꝝ ob victorias partas de hoſtib⁹: ⁊ faciant rogātes qᵈ vt ipſi fecerunt. Et p̄mo ponit q̄d ſacerdotes ei⁹ faciebant. Jonatha. q̄ erat cantoꝝ princeps: dicentib⁹ benefaciat vobis deus. hec v̄ba nō ſunt reſpondentiū: ſed mittentiū l̄ras: in capite ipſius ep̄le in quo bene p̄cant illis ad quos ſcribūt: ſicut nos ſolem⁹ dicere ſalutē. Sed nihil refert: cū ad ꝓpoſitum faciant. Lectio ſatis patet.

Miſerere n̄ri de⁹. Ex Eccleſiaſtico. c. xxxvj. Ubi ponit̄ oratio qua preſul vrī debet fundēs preces ꝓ omnibus tā gētilibus q̄ iudeis. deinde ꝓ iudeis peculiariter. Reſpice nos. quod eſt idē qᵈ faue nobis. Lumen miſerationū tuarum. quia eo tempore quo autor hunc librum ſcribebat: iudei erant quodāmodo in tenebris imminente illis Ptholemeo Sotere egypti rege. Timorem tuum. actiue pro terrore. Alleua manum tuam. pro aggraua deprimēdo eos ad interitum. Sicut in conſpectu eorum. reducens nos ab idolatria per flagella: vt in. iiij. Regum legim⁹. Magnificeris in eis, ideſt magnus appareas. Innoua ſigna. ſicut

ſacrificiū pro populo iſrael. Ionatha inchoante: cæteris aūt reſpōdentib⁹: & dicētibus. Benefaciat vobis deus: & meminerit teſtamēti ſui q̄d ad Abraā & Iſaac & Iacob loquutus eſt ſeruorū ſuorum fideliū. Et det vobis cor omnibus: vt colatis eū: & faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis: & faciat pacem. Exaudiat dominus orationes veſtras: & reconciletur vobis: nec vos deſerat in tēpore malo dominus deus noſter.

¶ Lectio libri ſapientiæ. Eccle. Capitulo. xxxvi.

MIſerere noſtri de⁹ oīm: & reſpice nos: & oſtēde nobis lume miſerationū tuarū. Et immitte timorē tuum ſup gētes: q nō exquiſierūt te: vt cognoſcāt quia non eſt de⁹ niſi tu: vt enarret magnalia tua. Alleua manū tuam. Sicut eñ in cōſpectu eorū ſanctificatus es in nobis: ſic in cōſpectu noſtro magnificeris in eis vt cognoſcant te: ſicut & nos cognouimus: qm̄ nō eſt de⁹ pręter te dn̄e. Innoua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

feciſti quo tẽpore patres noſtros ex egyptia ſeruitute liberaſti. Magnum ꝛ brachium. quib⁹ mirabilia illa feciſti. Furorẽ ꝛ iram. que ſunt puniendi inſtrumẽta. Extolle: ideſt extra terram ꝛ terminos patrie pone: al's extollere ꝑ laudare. Feſtina tẽpus. ſ. illoꝝ puniſtionis ꝛ noſtre liberationis. Et memẽto finis. ſ. aduẽtus meſſie: ideſt chriſti quem hebrei expectant: ꝛ nos veniſſe iam confitemur.

gna: & immuta mirabilia. Glorifica manum: & brachiũ dextrum. Excita furorem: & effunde irã. Extolle aduerſarium: & affrige inimicũ. Feſtina tẽpus: & memẽto finis: vt enarrẽt magnalia tua domine deus noſter.

¶ Lectio Danielis prophetæ. Capitulo. iii.

IN dieb⁹ illis. Angel⁹ dñi deſcendit cũ Azaria & ſociis eius in fornacẽ. Et excuſſit flãmam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis q̃ſi vẽtũ roris flantẽ. Flãma aũt diffuſa eſt ſuper fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & incẽdit quos reperit iuxta fornacẽ de chaldęis miniſtros regis: qui eã incendebãt. Illos autẽ non tetigit omnino ignis: neq; cõtriſtauit: neq; q̄cq̄ moleſtiæ intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt & glorificabãt & bñdicebãt deũ in fornace: dicentes. Bñdictus es dñe de⁹ patrũ noſtrorũ: & laudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. Et benedictũ nomẽ glorię tuę: & ſanctũ & laudabile & ſuperexaltatũ in omnibus ſęculis. Benedict⁹ es ĩ tẽplo ſãcto

IN diebus illis. Angelus domini. Ex Daniele capit. iij. vbi legit: q͛d Nabuchodonoſor rex Chaldeorum iuſſit tres pueros Danielis comites mitti in fornacẽ ignis: propterea quod noluerint adorare ſtatuam illam quam erexerat: quibus in fornace poſitis deus miſit in auxilium angelũ ſuum: et quid fecerit narrat. Cum azaria. qui pri⁹ vocabatur abdenago: et ſociis eius: ſcꝫ Ananie ꝛ Miſaeli. Ventum roris: ideſt flatũ afferentem roris refrigerationem. Tunc hi tres. Quid pueri fecerint oſtendit poſteaq̄ ſunt liberati. Nomẽ ſanctum: ideſt tetragrãmatõ: hoc eſt quatuor litterarum. In templo glorie tue. proprie templum eſt cęlum. vt Seneca in hercule



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

furente: templa ſummi vidua deſerui etheris. In throno: ideſt in ſede celeſti: quia celum eſt ſedes eius ⁊ terra ſcabellum pedū eius. Intueris abyſſos. ideſt mundi huius impenetrabilia ⁊ ſecreta.

FRatres. Rogamus vos. Ex epiſtola ad Theſſalonicenſes. j.c. v. In quo oſtendit quomodo Theſſalonicenſes ſe debeant habere erga proximos.

Corripite inquietos. In greco admonete inordinatos. Puſillanimes: ideſt in tribulationibus deficientes. In omnibus. ſcilicet tam proſperis quam aduerſis. In greco legit in omni: et eſt idem ſenſus. Spiritum. quomodo ſe debeant habere erga deum ⁊ religionem. ſpiritum igitur pro deuotione intelligit. Prophetias .i. expoſitiōem ſacre ſcripture. Ab omni ſpecie. ideſt non ſolum a malo: ſed etiam ab eo quod habet mali ſuſpitionem. Deus pacis. ſcilicet auctor et dator. Per omnia. ideſt omnino: vt integer. In greco eſt integer ſpiritus veſter ⁊c.

Dominica ſecunda.

gloriæ tuæ: & ſuperlaudabilis & ſuperglorioſus in ſæcula. Benedictus es in throno regni tui: & ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictus es qui intueris abyſſos: & ſedes ſuper cherubin: & laudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula.

Ad Theſſalonicenſes. Capitulo. v.

FRatres. Rogamus vos: corripite inquietos: conſolamini puſillanimes: ſuſcipite infirmos: patientes eſtote ad om̄es. Videte ne quis malum pro malo reddat alicui: ſed ſemꝑ quod bonū eſt ſectamini inuicem: & in omnes. Semper gaudete: ſine intermiſſione orate: in om̄ibus gratias agite. Hæc enim volūtas dei in chriſto ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetas nolite ſpernere. Omnia autem ꝓbate: quod bonū eſt tenete. ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe aūt deus pacis ſanctificet vos per oīa: vt integer ſpiritꝰ veſter: & aīa & corpus ſine querela in die aduentus dñi noſtri Ieſu chriſti ſeruetur.

Dominica. ii. Ad Theſſalonicenſes. i. Capitulo. iiii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

FRatres. Rogamus vos ⁊ obſecramus. Ex epiſtola .j. ad Theſ-
ſalonicẽſes cap. iiij. in quo illos ad pudicitiam hortat: q̃ forte
proniores erant ad venerea. Accepiſtis a nobis. ideſt audiſtis cum
eramus preſentes. Sic ⁊ ambuletis. hoc non eſt in greco ſubintel-
ligitur tamen. Sanctificatio veſtra: ideſt vt mundi ſitis ⁊ ſancti.

FRatres. Rogamus vos & obſecra-
mus in domino ieſu: vt quemad-
modum accepiſtis a nobis: quo-
modo oporteat vos ãbulare & place-
re deo: ſic & ãbuletis: vt abundetis ma-
gis. Scitis enĩ quæ præcepta dederim
vobis per dñm ieſum. Hæc eſt enĩ vo-
luntas dei: ſanctificatio veſtra: vt abſti-
neatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſ-
quiſq; veſtrum vas ſuum poſſidere in
ſanctificatione et honore. Non in paſ-
ſione deſiderii: ſicut et gẽtes q̃ ignorãt
deum. Et ne quis ſupergrediatur: neq;
circumueniat in negocio fratrẽ ſuum:
quoniam vindex eſt dñs de his omni-
bus: ſicut prędiximus vobis: et teſtifi-
cati ſumus. Non enim vocauit nos de⁹
in immundiciã: ſed in ſanctificatione.
In chriſto ieſu domino noſtro.

Suum vas. ſuũ cor-
pus qđ eſt anime do-
micilium. Et honore. q̃r
per libidinẽ corp⁹ de-
honeſtat. In paſſiõe
deſiderij. i. in affectiõe
cõcupiſcẽtie q̃ pertur-
bat rationẽ. Sicut gẽ-
tes. q̃ putant ſcõcubit⁹
vagos eẽ licitos. Ne
quis ſupergrediatur.
ideſt ſupplãtet ſiue de-
cipiat. Circũueniat.
quod fere idẽ eſt: hoc
eſt ex inſidijs adoriri.
et neq; particula non
eſt in greco. Vindex
eſt. huiuſmodi crimi-
num punitor. In im-
mundiciam. ideſt vt
eſſemus libidinib⁹ in-
quinati.

¶ Feria. ii. Lectio Danielis
prophetæ. Capitulo. ix.

IN diebus illis. Orauit Daniel: di-
cens. Domine deus noſter qui edu-
xiſti populum tuum de terra ęgy-
pti in manu forti: et feciſti tibi nomen

¶ Feria ſecunda
ſequenti.

IN diebus illis.
Orauit Da-
niel. Ex Daniele pro-
pheta Capi. ix. in quo
Daniel petit a domi-
no mali amotionem/
ac deinde boni largitionem. quod vt impetret beneficia iam acce-
pta cõmemorat: atq; imprimis ab Egyptia ſeruitute liberationem.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Scđm diē hāc.i.ſicut & nūc facis erga nos. In oēm.i.ꝯtra tuam legē. A ciuitate tua.i qua peculiariter cole ris. Mōte ſancto. vbi tēplum erat. Per cir cuitū.q.vicinis oībus erāt ꝑda. Nunc ergo. boni petitionē ponit. Sup ſanctuariū.i. tē plū tuo cultui reſtituē dum. Propter te.i.vt veritas tua oibꝰ ſit no ta. In iuſtificationi- bus.i.in ꝑcibus iuſtis debita a te petēdo:ſed ad tuā miſericordiam cōfugientes. Exaudi dñe. inſtat exageratq; preces. Placare.i.ſis placatꝰ ab ira. Attē- de:ideſt ſis attentiꝰ ad preces nr̄as. Et fac. ſubaudi quod petimꝰ. Ne moreris. quia ꝓmiſſionis tue inſtat tempus.

Feria.iiij. ſequētis.

FActus eſt ſer- mo domini. Ex iiij. Regum libro capl'o xvij. quomodo iuſſu dei Helias ꝓpheta ve nit in Sareptam vi-

ſecūdū diē hāc: peccauimꝰ: iniqtatē fe cimus dñe i oēm iuſticiā tuā. Auertatꝰ obſecro ira tua: & furor tuus a ciuitate tua hieruſalē: & a mōte ſancto tuo. Pro pter peccata enim noſtra & iniquitates patrū noſtrū hieruſalē & populꝰ tuus in opprobriū ſunt oībus per circuitū noſtrū. Nunc ergo exaudi deus noſter orationē ſerui tui: & preces eiꝰ: & oſten de faciē tuam ſup ſanctuarium tuū: qđ deſertum eſt. Propter temetipſum in- clina deus meꝰ aurem tuā & audi: ape- ri oculos tuos & vide deſolationem no ſtrā: & ciuitatē ſup quā inuocatū eſt no men tuū. Neq; eñ in iuſtificationibus noſtris ꝓſternimꝰ ꝑces āte faciē tuā: ſed in miſerationibꝰ tuis multis. Exaudi dñe: placare domine: attende & fac. Ne moreris ꝓpter temetipſum deꝰ meꝰ: quia nomē tuū inuocatū eſt ſup ciuita tem: & ſuper populū tuum: Domine deus noſter.

Feria.iiii. Lectio libri Re- gum tertio. Capitul'.xvii.

IN diebus illis. Factus eſt ſermo do mini ad Heliam Theſbiten: dicēs. Surge & vade i Sareptā ſidoniorū: & manebis ibi. Præcepi eñ ibi mulie ri viduæ: vt paſcat te. Surrexit & abiit in Sareptā. Cūq; veniſſet ad portā ciui tatis: apparuit ei mulier vidua colligēs ligna. Et vocauit eā: dixitq; ei. Da mi- hi paululū aq̄ i vaſe: vt bibā. Cūq; illa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pergeret vt afferret: clamauit poſt ter-
gum eius: dicens Affer mihi obſecro
& bucellam panis in manu tua. Quę
reſpondit. Viuit dominus deus tuus:
quia non habeo panem: niſi quãtum
pugill9 capere poteſt farinę in hydria:
& paululum olei in lecytho. En colli-
go duo ligna: vt ingrediar: & faciam il
lud mihi & filio meo: vt comedamus
& moriamur. Ad quã Helias ait. No-
li timere: ſed vade & fac ſicut dixiſti.
Veruntamen fac mihi primum de ip
ſa farinula ſubcinericiũ panem puulũ
& affer ad me Tibi autem & filio tuo
facies poſtea. Hęc autem dicit domin9
deus iſrael. Hydria farinę non deficiet:
nec lecythus olei minuetur vſq; in diem in qua datur9 eſt
dominus pluuiam ſuper faciem terræ. Quæ abiit: & fecit
iuxta verbum Helię. Et comedit ipſe & illa & domus eius.
& illa die hydria farinę non defecit: & lecythus olei nõ eſt
imminutus: iuxta verbum domini quod locut9 fuerat in
manu Helię. ❡Feria.iiii. Lectio Heſter. Cap.xiii.

IN dieb9 illis. Orauit Heſter ad do
minũ dicẽs. Dñe rex omñs: in tua
ditione cũcta ſunt poſita: & nõ eſt
qui poſſit tuę reſiſtere voluntati. Si de-
creueris ſaluare nos: cõtinuo liberabi-
mur. Tu enĩ dñe feciſti cœlũ & terrã:
& quicquid cœli ambitu continetur.
Tu es dñs oĩm: & nõ eſt qui reſiſtat ma
ieſtati tuę. Et nũc dñe rex regum deus
Abraam miſerere populo tuo: quia
volunt nos inimici noſtri perdere: &

vrbem Phenices: vbi
hoſpitio ſuſceptus eſt
a muliere vidua. Buc
cellã panis: ideſt quã
tum oris bucca poſſit
capere. In lecytho:
ideſt vaſculo oleario:
quod & capſaces alio
nomine dicitur. Et
moriamur. cum dein-
ceps nihil alimenti ſu
perſit. Subcineri-
cium panem. collició
ſiue colliphium: cuiuſ
modi panibus vtebã
tur athlete. Cetera ex
hiſtoria sũt manifeſta.

❡Feria.iiij. ſequenti.
ORauit heſter ad
dñz ex libro he-
ſter ca.xiij. Sz hec nõ
eſt orõ Heſter regie: ſz
mardochei patrui illi9
& sũt i ea vba q̃dã im
mutata ex originali.
Saluare nos. i origi-
nali ſaluare iſrł. Celi
ãbitu. circũplexu: vt in
quit Plini9. Inimici

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſtri.aman.ſ.qui moliebatur iudeoꝝ gentē perdere. Partē tuā ideſt hereditatē peculiarē. Sorti ⁊ funiculo.quia ſoliti erant anti qui per funes mentiri hereditates:⁊ deinde ſortiri:vt in pſalmo Fu nes ceciderunt mihi in preclaris. Te canentiū.i.laudantium.

Feria quinta ſequenti.

Hec dicit dñs. Maledict⁹ hō. Ex Jeremia ꝓpheta ca. xvij. In q̄ reꝓbat ppl'm iudaicū ꝓpt̃ fal ſā cōfidētiā: atqꝫ impꝛi mis ꝓpt̃ ɔfidētiā quā hēt de Egyptijs. Qui cōfidit i hoie.ſicut Se dechias fiducia egyp tioꝝ ɔ̄ Nabuchodono ſoꝛ. Carnē bꝛachiū ſuū .i.hoiem vires ſuas. Quaſi myrice.ſi recte iterp̃tat⁹ ē arboꝛē ſiue fruticē itelligit :q̄ vul go d̄r atarfe ſiue tara he.ſꝫ qđ dicit nō ɔpetit penit⁹ myꝛice. Super aq̄s.i.iuxta aq̄s ad hu moꝛē: id ꝓpꝛiū ē arbo ris radicib⁹ q̄rere vñ alat̃. Eſt⁹.eſtat' caloꝛ. Solicitū.i.in cura po ſitū ne hūoꝛe d̄ſtituat̃ Deide repꝛobat eoſdē ꝓpt̃ cōfidētiā quā ha bebāt in ſeipſis. In ſcrutabile. qꝛ multos habet receſſus. Quis quaſi dicat:nemo: pꝛe ter quā ego dñs.⁊c.

hereditatē tuā delere. Ne deſpicias par tē tuā quā redemiſti tibi de ęgypto:ſed exaudi deprecationē nr̄am : & ꝓpici⁹ eſto ſorti & funiculo hereditatis tuę. & cōuerte luctū nr̄m in gaudiū: vt viuē tes laudem⁹ nomē tuū. Et claudat ora canentium te. Domine deus noſter.

Fer. v. Lctō Ieremię ꝓph. Ca. xvii.

HAec dicit dominus. Maledict⁹ homo qui confidit in homīe: & ponit carnē brachium ſuū: & a dño recedit cor eius. Erit em̄ qua ſi myricę in deſerto: & non videbit cū venerit bonū: ſed habitabit in ſiccita te in deſerto in terra ſalſuginis & inha bitabili. Benedictus vir qui cōfidit in dño: & erit dn̄s fiducia eius. et erit tan quā lignū qđ trāſplātatur ſuper aquas qđ ad humorē mittit radices ſuas: et nō timebit cū venerit ęſt⁹. Sed erit fo lium eius viride: & in tempore ſiccita tis non erit ſolicitum: nec aliquādo de ſinet facere fructū. Prauū ē cor hoīs & inſcrutabile. Quis cognoſcet illud? Ego dn̄s ſcrutans corda & probans re nes: qui do vnicuiqꝫ iuxta viam ſuam: & iuxta fructum adinuentionū ſuarū. Dicit dn̄s omnipotens.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Feria.vj.ſequenti.

IN diebus illis. Dixit Joſeph. Ex Geneſis libro cap.xxxvij. in quo narrat: quo pacto Joſeph maximus ſomniorum coniectator expoſuit fratrib⁹ ſuis ſomnium: quod fuit cauſa maioris odij in illū. Quod vidi. vnde & ſomnia que aliquid ſignificāt: viſa dicūtur. Putabam. i. videbar mihi videre. Manipulos. puta frumēti. Stare. erectū cū alij ſe illi proſternerent. Rex noſter. nam hoc deſignare videbat Joſeph. Odij fomitem. id eſt incendium & acremētum. Aliud quoq; vidit ſomnium: quod Iacob pater interpretatur. Sed cum Rachel mater iam eſſet mortua: quid ſibi vult qđ ait mater tua? Sunt autem qui dicāt hoc ſomnium fuiſſe antequam mater ex partu beniamin moreretur. Tacitus. neq; enim dubitabat ſōnia illa portendere aliquid magnum. In ſichen. que grece & latine dicitur ſichima. et fuit ciuitas chananeorum in finibus Ephraim. Hec eſt que in euangelio Joannis dicitur ſichar: ſed corrupte.

¶Feria ſexta. Lectio libri Geneſis. Capitul'.xxxvii.

IN diebus illis. Dixit Ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum: & ſtare: veſtroſq; manipulos circunſtantes: adorare manipulum meum. Reſponderunt fratres eius. Nunquid rex noſter eris: aut ſubiiciemur ditioni tuę? Hęc ergo cauſa ſomniorum atq; ſermonum inuidię & odii fomitē miniſtrauit. Aliud quoq; vidit ſomnium: quod narrans fratribus ait. Vidi per ſomnium quaſi ſolem & lunā: & ſtellas vndecim adorare me. Quod cum patri ſuo & fratribus retuliſſet: increpauit eū pater ſuus & dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? Num ego & mater tua et fratres tui adorabim⁹ te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat. Cumq; fratres illi⁹ in paſcēdis ouib⁹ p̄ris morarent̄ in Sichē: dixit ad eū iſrael. Fr̄es tui paſcūt oues in ſichimis: veni: mittā te ad eos. Quo reſpondente: preſto ſū:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iſrael. ſic cognominatus eſt Iacob. De valle hebron. vbi Iacob habitabat. Eamus in Dothaim. locus eſt teſte Euſebio diſtans a Samaria hoc eſt ſebaſte ciuitate duodeci milibꝰ paſſuum aquilonem verſus. Audiens hec ruben. qui erat ex eis natu maximus. In tunica talari. ideſt ad talos vſq; fluxa. ſed cum homini non ſit talus mirum quid placuerit latinis talarem tunicã pro podere ponere. Diuerſicolore ac multis liciis contexta.

Sabbato ſequenti.

ait. Vade & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle hebron: venit in ſichem. Inuenitq; eum vir errantem in agro: & interrogauit quid quęreret. At ille reſpondit Fratres meos quęro. indica mihi vbi paſcant greges. Dixitq; ei vir. Receſſerunt de loco iſto. Audiui autem eos dicere Eamus in Dothaim. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos: & inuenit eos in Dothaim. Qui cum vidiſſent eum procul anteq̃ accederet ad eos: cogitauerũt illum occidere: & mutuo loquebantur. ecce ſomniator venit: venite occidamus eum: & mittamus in ciſternam veterem. Dicemuſq; fera peſſima deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua. Audiens autem hoc ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum: & dicebat. Non interficiamus animam eiꝰ neq; effundamus ſanguinẽ: ſed proiicite eum in ciſternam hanc quę eſt in ſolitudine: manuſq; veſtras ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat volens eripe eum de manibus eorum: & reddere patri ſuo.

Sabbato Lectio libri Geneſis. Capitul. xxvii.

In diebꝰ illis. Dixit Rebeca. Ex libro Geneſis cap. xxvii. In quo mõſtratur diuina quedã diſpoſitio in ſucceſſione benedictionis Iſaac in poſteros. Audiui patrem tuũ.

IN diebus illis. Dixit Rebeca filio ſuo Iacob. Audiui patrem tuum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

loquentem cum Eſau fratre tuo: & dicentem ei. Affer mihi de venatione tua & fac cibos vt comedam: & benedicā tibi coram domino antequā moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce conſiliis meis: & pergens ad gregem: affer mihi duos hedos optimos: vt faciam ex eis eſcas patri tuo: quibus libenter veſcitur. Quas cum intuleris & comederit: benedicat tibi priuſquam moriat̃. Cui ille reſpōdit. Noſti quod Eſau frater meꝰ homo piloſus ſit: & ego lenis: Si attrectauerit me pater meus & ſenſerit: timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere: & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me ſit ait iſta maledictio fili mi: tantum audi vocem meam: & pergēs affer quę dixi. Abiit & attulit: deditqꝫ matri. Parauit illa cibos: ſicut nouerat velle patrem illius: & veſtibus eſau valde bonis: quas apud ſe habebat domi induit eum. Pelliculaſqꝫ hedorum circundedit manibus: & colli nuda protexit. Dedit pulmentum: & panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitqꝫ Iacob. ego ſum Eſau primogenitus tuus: feci ſicut precepiſti mihi. Surge: ſede & comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rurſumqꝫ Iſaac ad filiū ſuū. Quomodo tam cito inquit inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit. Volūtas dei fuit. vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitqꝫ Iſaac. Accede huc vt tangam te: et probem vtrum tu ſis filius meus Eſau an non. Acceſſit ille ad

dixerat namqꝫ Eſau filio vt afferret ſibi aliquid ex venatione. Nunc ergo. mater ꝓ filio ſolicita commentum parat. Quibus libenter veſcitur: ideſt veſci conſueuit. Piloſus hirſutꝰ ſiue hiſpidꝰ. Ego lenis. tametſi lenis ad tactū referatur: ideſt non reſiſtens: commodior litera eſt leuis: ideſt ſine pilis: quod opponitur ei quod dixit piloſus. Senſerit. dolos ſibi parari. Abiit. ſ. ad gregem. Attulit. hedos iuſſos. Colli nuda. ideſt glabra. Pulmētū. carnes ſine oſſibꝰ. vn̄ dictū pulmētū. q̄ſi pulpamētū. Vt probem. quoniam ex

voce dubitabat. Similitudinē maioris ſubaudi filij: hoc ē Eſau. Expreſſerāt. ideſt aſſimulauerant. Iuue. mirmillonem exprimat infans. Veſtimentoꝝ fragrātiā. i. odorē ex veſtibꝰ que fuerant Eſau. Agri pleni. floribus & pomis odoratis. & ſubdit bn̄dictionis formā. Irrugijt. pro infremuit. nā rugitus leonum eſt. Iacob. interpretat̄ nanq; Iacob ſupplantator. Altera vice. quando

patrem: & palpato eo: dixit Iſaac. Vox quidē: Vox Iacob eſt: ſed manus ſunt Eſau. & non cognouit eū: quia piloſę manus ſimilitudinē maioris expreſſerant. Benedicēs ergo: ait illi. Tu es filiꝰ meꝰ Eſau? Reſpōdit: ego ſum. At ille. Affer mihi cibos de venatione tua fili mi: vt bn̄dicat tibi aīa mea. Quos cū oblatos comediſſet: obtulit ei etiā vinū. Quo hauſto dixit ad eū. Accede ad me: & da mihi oſculū fili mi. Acceſſit & oſculatꝰ eſt eū. Statimq; vt ſenſit veſtimētorū illiꝰ fragrātiā: bn̄dicēs illi ait. Ecce odor filii mei: ſicut odor agri pleni: cui bn̄dixit dn̄s. Det tibi deꝰ de rore cæli & de pinguedine terrę: abūdātiā frumēti vini & olei: & ſeruiāt tibi ppl'i: et adorēt te tribꝰ. eſto dn̄s fratrū tuorū: & incuruētur ante te filii matris tuę. Qui maledixerit tibi: ſit ille maledictꝰ. & q bn̄dixerit tibi: bn̄dictiōibꝰ repleat̄. Vix Iſaac ſermonē ipleuerat: & egreſſo iacob foras: venit Eſau. Coctoſq; de venatiōe cibos ītulit pr̄i: dicēs. Surge pr̄ mi: & comede de venatiōe filii tui: vt bn̄dicat mihi aīa tua. Dixitq; illi Iſaac. Quis eīm es tu? Qui rn̄dit. ego ſum filiꝰ tuꝰ priogenitꝰ Eſua. expauit Iſaac ſtupore vehemēti: et vltra quā credi pōt admirās ait. Quis igit̄ ille eſt: q dudū captā venationē attulit mihi: & comedi ex oībꝰ priuſquā tu venires? Bn̄dixiq; ei: & erit bn̄dictꝰ. Auditis eſau ſmōibꝰ pr̄is: irrugiit clamore magno: & cōſternatꝰ ait. Bn̄dic etiam et mihi pr̄ mi. Qui ait. Venit germanꝰ tuus fraudulenter: & accepit benedictionem tuam. At ille ſubiunxit. iuſte vocatum eſt nomen eius iacob: ſupplantauit enim me en altera vice.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vendidit illi primogenituram. ſed illa non fuit fraus: quia volenti non fit iniuria. Mihi quoq; benedicas. inſtat Eſau. ⁊ tandem benedictionis partē a Jacob extorquet. Cū eiulatu. i. flebili voce. Sūt qui p aſpirationem in principio ſcribāt quia ab hei ſit verbū heiulor inclinatum.

❡Dominica tertia.

FRatres. Eſtote imitatores dei. ex epl'a pauli ad epheſios. cap̄. v. in q̄ poſtea quam Epheſios inſtituit moribus. nunc eoſdē informat exēplo Exēplū aūt imitabile qđ pponit̄ eſt chriſtꝰ. Filij chariſſimi. alioq̄ non eſſetis veri filij ſʒ degeneres. ⁊ ī quo debeant chriſtū imitari declarat hoc eſt in dilectione. In odorem ſuauitatis. hypallage eſt pro in ſuauitatem odoris: ⁊ alludit ad holocauſtū ex quo vapor hallabat ſuauis. Fornicatio. ⁊ in ijs q̄ ſequuntur debemus chriſtum imitari: fugiendo hec vitia. Nec nominetur. igitur multo minus exerceatur. Scurrilitas paulꝰ hoc

Primogenita mea ante tulit: & nūc ſecundo ſurripuit benedictionē meam. Rurſumq; ad patrē. Nunquid non reſeruaſti ait: & mihi benedictionē? Reſpondit Iſaac. Dominum tuum illum conſtitui: et omnes fratres ſuos ſeruituti illius ſubiugaui. Frumento et vino ſtabiliui eum: et tibi poſt hæc fili mi vltra quid faciam? Cui Eſau ait: Num vnam inquit tantum benedictionem habes pater? Mihi quoq; obſecro vt benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret: motus iſaac dixit ad eum. In pinguedine terrę: & in rore cœli deſuper erit benedictio tua.

## ❡Dominica tertia. Lectio epiſtolę beati Pauli ad Epheſios. Capitu. v.

FRatres. Eſtote imitatores dei ſicut filii chariſſimi: et ambulate in dilectione: ſicut et chriſtus dilexit nos: et tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem et hoſtiā deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autē et omnis immundicia: aut auaricia: nec nominetur in vobis: ſicut decet ſctōs. Aut turpitudo: aut ſtultiloquium: aut ſcurrilitas q̄ ad rē nō ptinēt: ſed magis gra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In loco eutrapeliā poſuit: q̄ comitas interp̄tatur. & virt⁹ eſt circa locos: ſ3 & hos quoq̄ Paulus ꝓhibet: quia vt ait ad rē nō ptinet: quā chriſtian⁹ intēdit. Gratiarūactio. ꝓ beneficijs acceptis ſubaudi ſit vobis: ſed q̄a grece ē euchariſtia pōt interpretari gratioſus ſermo ſit vobis. Idoloꝝ ſeruitus: q̄a pecunias magis quā deū colūt. Nemo vos ſeducat. hoc eſt ab hac doctrina ſeparando. Filios diffidētie. qui non credūt q̄ ſunt credenda. Erātis tenebre. i. ī ignorātia poſiti. nūc aūt eſtis filij lucis.

tiarūactio. Hoc aūt ſcitote intelligētes q̄ oīs fornicator: aut īmūd⁹ aut auar⁹ qđ eſt idolorū ſeruitus: nō habet hereditatē in regno chriſti & dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hęc eñ venit ira in filios diffidētię. Nolite ergo effici participes eorū. eratis eñ aliqñ tenebrę: nūc aūt lux ī dño: vt filii lucis ābulate. fruct⁹ eñ lucis eſt in omni bonitate & iuſticia & veritate.

¶ Feria ſecūda. Lectio libri Regū quarto. Capitul'. v.

In diebus illis. Naaman princeps militię regis Syrię: erat vir magn⁹ coram domino ſuo & honoratus. Per illum enim dedit domin⁹ ſalutem Syrię. Erat autem vir fortis & diues: ſed leproſus. Porro de Syria egreſſi fuerant latrunculi qui captiuam duxerant de terra iſrael puellam paruulam: quæ erat in obſequio vxoris Naamā: quæ ait ad dominam ſuam. Vtinam iiſſet dominus meus ad prophetā qui eſt in Samaria: profecto curaſſet eum a lepra quam habet. Ingreſſus eſt itaq̄ Naaman ad dominum ſuum: & nūciauit ei dicēs. Sic: & ſic locuta eſt puella de terra iſrael. Dixitq̄ ei rex Syrię. Vade & mittam literas ad regē iſrael. Qui cū profectus eſſet: & tuliſſet ſecū

¶ Feria. ij. ſequenti. In diebus illis. Naamā p̄nceps Ex libro Regū. iiij. ca. v. In quo ꝑponitur miraculū quo Heliſeus mūdauit a lepra naaman ſyrum. Per illū dicūt hebrei quod hic fuit qui ſagitta fixit Achab regē. vnde Syria liberata eſt. Dñs ſubaudi meus. Ad dñm. ſ. Syrie regem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

decem talenta argentei: & ſex milia au-
reos: & decē mutatoria veſtimentorū:
detulit litteras ad regem Iſrael in hæc
verba. Cum acceperis epiſtolam hāc
ſcito ꝙ miſerim ad te Naaman ſeruum
meum: vt cures eum a lepra ſua. Cūqꝫ
legiſſet rex iſrael litteras: ſcidit veſtimē
ta ſua: & ait. Nūquid deus ſum vt occi-
dere poſſim & viuificare: quia iſte mi-
ſit ad me hominē: vt curem eum a le-
pra? Animaduertite & videte: quod oc
caſiones quærat aduerſum me. Quod
cum audiſſet Heliſeus vir dei: ſcidiſſe vi
delicet regē iſrael veſtimenta ſua: miſit
ad eum dicens. Cur ſcidiſti veſtimenta tua? veniat ad me: &
ſciat prophetā eſſe in iſrael. Venit ergo Naaman cū equis
& curribus & ſtetit ad oſtium domus Heliſei. Miſitqꝫ ad
eum Heliſeus nuncios: dicēs. Vade & lauare ſepties in ior-
dane: & recipiet ſanitatē caro tua: atqꝫ mundaberis. Iratuſ-
qꝫ Naaman recedebat dicēs. Putabam ꝙ egrederetur ad
me: & ſtans inuocaret nomē dñi dei ſui: & tangeret manu
ſua locū lepræ: & curaret me. Nunquid non meliores ſunt
Abana & Pharphar fluuii Damaſci om̄ibus aquis iſrael:
vt lauer in eis: & munder? Cum autem auertiſſet ſe: & ab-
iret indignans: acceſſerunt ad eum ſerui ſui: & loquuti ſunt
ei. Pater: & ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta: certe fa
cere debueras. Quātomagis: quia nunc dixit tibi: lauare:
& mundaberis? Deſcēdit ergo. & lauit in iordane ſepties iu
xta ſermonē viri dei: & reſtituta eſt caro eius: ſicut caro pue
ri paruuli: & mūdatus eſt a lepra. Reuerſuſqꝫ ad virum dei:
cum vniuerſo comitatu ſuo: venit & ſtetit coram eo: & ait.
Vere ſcio quia non eſt deus in vniuerſa terra: niſi tantum
in iſrael.

Talenta decem. In hebreo decem centipondia. Vt cures. id eſt curari facias a ꝓpheta q̄ ꝓ te degit. Quod occaſſiones. cōiunctio eſt potius quam nomē numerale: hoc eſt per/d/litteram. Abana ⁊ Pharphar vidētur hi fluuij eſſe Syrie Damaſcene vnde Naaman veniebat.

Alia notiora ſūt quā vt egeāt expoſitione.

¶ Feria. iiij. ſequenti.

IN diebus illis. Mulier quedã. ex quarto Regũ libro c.iiij. Ponit miraculũ ab Heliſeo factum in vidue conſolationem: quã dicit fuiſſe vnam de vxoribus ꝓphetarum. Creditor. q̃ pecunias crediderat viro meo dũ viueret. Ad ſeruiẽdũ ſibi ꝓ patris debito. Quo vngar. apud ãtiquos hic erat precipuꝰ olei vſus: quo ſe fouerent. Nõ paucaː ſed multa ⁊ q̃ ſufficiant ad diſſoluẽdum mariti debitum. Inde. idest ex oleo quod habes. Oſtium ſuꝑ ſe. idest poſt ſe. Stetitq;. idest fluere ceſſauit. Redde. quod maritus tuus acceperat. De reliquo. idest de eo qđ reſtat a debiti diſſolutione.

¶ Feria. iiij. ſequẽti.

HEc dicit dominus. Honora patrem tuũ. Ex Exodo Capͥto. xx. vbi poſteaq̃ poſuit ꝓcepta ordinãria hominem ad deum: hic ponit ordi-

¶ Feria. iii. Lectio libri Regum quarto. Capitulo. iiii.

IN diebus illis. Mulier quædã clamabat ad Heliſeũ prophetam: dicens. Seruus tuus vir meus mortuꝰ eſt. Et tu noſti: quia ſeruus tuus fuit timens deũ. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad ſeruiendũ ſibi. Cui dixit Heliſeus. Quid vis vt faciã tibi? Dic mihi quid habes ĩ domo tua? At illa reſpõdit. Nõ habeo ancilla tua quicq̃ in domo mea niſi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade: & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca: & ingredere & claude oſtium. Cũ intrinſecus fueris tu & filii tui: mitte inde in omnia vaſa hæc: & cũ plena fuerint/tolles. Iuit itaq; mulier: & clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper filios ſuos. Illi offerebant vaſa: & illa infundebat. Cũq; plena fuiſſent vaſa: dixit ad filium ſuum. Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit. Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autem illa & indicauit homini dei. Et ille. Vade inqt vẽde oleum: & redde creditori tuo. Tu autẽ & filii tui viuite de reliquo.

¶ Feria quarta. Lectio libri Exodi. Capitulo. xx.

HAec dicit dñs. Honora patrem tuũ & matrẽ tuã vt ſis lõgęuus ſuper terram: quã dñs deꝰ tuus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtantia illũ ad ꝓximũ.⁊ ꝑrimis ad parẽtes q̄ poſt deũ ſunt autores vite noſtre. Non occides.q: qđ tibi nõ vis alteri ne feceris. Non mechaberis.i.non cõmittes adulteriũ. Non furtũ.qđ qui facit diſſoluit ſocietatẽ vite. Falſum teſtimoniũ.in damnum ꝓximi redundãs. Vxorẽ eius.q: vt dicit ſaluator noſter:q̄ videt alterius vxorem ad cõcupiſcendũ: iam mechatus eſt eam in corde ſuo ⁊c.

dabit tibi. Nõ occidés:non mechaberis:non furtũ facies:nõ loquaris cõtra proximũ tuũ falſum teſtimoniũ. Non concupiſces domũ ꝓximi tui: nec deſiderabis vxorẽ eius. Non ſeruũ:nõ ancillam:nõ bouẽ:non aſinũ:nec omnia quæ illius ſunt. Cunctus autẽ populus audiebat voces & lãpades:& ſonitum buccinę:mõteq́ꝫ fumantẽ. Et perterriti:ac pauore cõcuſſi: ſteterũt procul dicentes Moyſi. Loquere tu nobis & audiemus. Nõ loquatᷣ nobis deus ne forte moriamur. Et ait Moyſes ad populum. Nolite timere. Vt enĩ ꝓbaret vos venit deus:& vt terror illius eſſet in vobis & nõ peccaretis. Stetitq́ꝫ popul⁹ a lõge. Moyſes aũt acceſſit ad caliginẽ: in qua erat de⁹. Dixitq́ꝫ ꝑterea dñs ad Moyſen. Hæc dices filiis iſrael. Vos vidiſtis qđ de cœlo loquut⁹ ſum vobis. Nõ facietis deos argẽteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terrã facietis mihi:& offeretis ſuper eũ holocauſta & pacifica vr̃a. Oues vr̃as:& boues in oĩ loco ĩ q̄ mẽoria fuerit noĩs mei.

¶Feria.v. Hieremiæ prophetæ. Capitu.vii.

IN diebus illis. Factũ eſt verbum

Populus videbat voces. ꝑ audiebat. Loquere tu. que domin⁹ loquut⁹ eſt nobis. Nolite timere. quia propterea non moriemini: vt nõ peccaretis: ob timorẽ domini. De celo. id eſt de aere: qui erat in montis cacumine.

Deos alienos. idem preceptum ſepe repetit:vt magis illud memorie inculcãdo affigas. Altare de terra. q: gẽtiles de lapidib⁹ faciebant. Pacifica vr̃a.i.ſacrificia ad placãdũ deũ. In oĩ loco. i.altari mihi dicato.

¶Feria quinta ſequenti.

FActũ eſt verbũ dñi. Ex Hieremia.c.vii. In q̄ poſteaquam ꝓpheta excluſit quedã remedia in quibus iudei confidebant:hic facit idem ex

eo qđ de ſuo templo fi
duciā habebāt. Sta
in porta. vbi eſt maxi-
mus populi cōuent9.
Vias veſtras. i. ope-
ra veſtra. Habitabo
vobiſcum. exaudiēdo
vos & faciendo q̄ pre-
camini: quod ſi nō fe-
ceritis deſeram tēplū
veſtrū: & quid ſint fa-
cturi oſtendit. Si be-
nedixeritis. i. bn̄dictio
ne dignas feceritis. ce
tera manifeſta ſunt.
In loco iſto. qui eſt
in terra quā patribus
veſtris promiſi.
¶ Feria. vj. ſequenti.
IN diebus illis.
Cōuenerunt filij
iſrael. Ex libro Nume
rorum. cap̄. xx. Mira-
culum deſcribit qđ fa
ctum eſt in aque penu
ria. dicit igit quod cū
hebreoꝝ multitudo eſ
ſet in deſerto ſin (ſin in
terpretat ſancta: p an
tiphraſim: ſicut dicitur
lucus cū minime lu-
ceat. vel bellū: cum ſit
horridū: ) defeciſſetq;
aqua: conuenerūt &c.
Apparuit gloria dn̄i.
ideſt nubes ex qua do
minus loqui ſolebat.

domini ad me: dicens. Sta in porta do
mus domini: & prædica ibi verbum
iſtud: & dic. Audite verbum domini
omnis iuda qui ingredimini per por
tas has: vt adoretis dn̄m. Hæc dicit do
minus exercituū deus iſrael. Bonas fa-
cite vias veſtras: & ſtudia veſtra: & ha-
bitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite
cōfidere in verbis mēdacii dicētes. Tē
plum dn̄i/ tēplū dn̄i/ templū dn̄i eſt.
Qm̄ ſi benedixeritis vias veſtras: & ſtu
dia veſtra: ſi feceritis iudiciū inter virū
& proximū ei9: aduenæ & pupillo &
viduæ non feceritis calumniā: nec ſan-
guinē innocētē nō effuderitis in loco
hoc: & poſt deos alienos nō ambula-
ueritis in malū vobiſmetipſis: habita-
bo vobiſcū in loco iſto: in terra quam
dedi patrib9 veſtris: a ſeculo & vſq; in
ſæculum. Ait dominus omnipotens.

¶ Feria. vi. Numeri. Capitu. xx.

IN diebus illis. Conuenerunt filii iſ
rael aduerſus Moyſen & Aaron: &
verſi in ſeditionē dixerunt. Da no-
bis aquā vt bibam9. Ingreſſuſq; Moy
ſes & Aarō dimiſſa multitudine āte ta-
bernaculū fœderis: corruerunt proni
in terram: clamauerūtq; ad dn̄m: & di
xerunt. Dn̄e deus audi clamorē popu
li huius: & aperi eis theſaurū tuū fontē
aquæ viuæ: vt ſatiati ceſſet murmura-
tio eorū. Et apparuit glia dn̄i ſup eos.
Loquutuſq; eſt dn̄s ad Moyſen: dicēs.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Tolle virgam. ſcilicet Aaron que erat in tabernaculo teſtimonij. Num de petra hac. quaſi dicat: tametſi videtur impoſſibile: nihilominus dei potẽtia hoc fiet. Bis. quia primo ictu nõ eruperint aque forte ex eo qd̃ Moyſes dubitauit. vt ſanctificaretis me firmiter meis promiſſis credendo: ſed contrariũ feciſtis. Quã dabo eis. ideſt daturus eram: aut dabo illorũ poſteritati. Sãctificatus eſt in eis. id eſt in Moſe ⁊ Aaron puniendo eos: q꞉ peccauerunt dubitãdo: q꞉ ſolo verbo potuerunt eijcere ex petra.

Tolle virgã: & cõgrega populũ tui & Aaron frater tuus: & loq̃mini ad petrã corã eis. Et illa dabit aquas. Cũqꝫ eduxeris aquã de petra: bibet oĩs multitudo: & iumẽta ei⁹. Tulit igi͛ Moyſes virgã: q̃ erat in cõſpectu dñi: ſicut p̄ceperat ei: cõgregata multitudine añ petrã: dixitqꝫ eis. Audite rebelles increduli. Nũ de petra hac vobis aquam poterimus eiicere. Cunqꝫ eleuaſſet Moyſes manũ: p̄cutiẽs virga bis ſilicẽ: egreſſæ ſunt aquę largiſſimę: ita vt ppl's biberet & iumẽta. Dixitqꝫ dñs ad Monſen & Aaron. Quia non crediditis mihi vt ſanctificaretis me coram filiis iſrael: nõ introducetis hos populos in terrã: quam dabo eis. Hæc eſt aqua cõtradictionis: vbi iurgati ſunt filii iſrael contra dñm: & ſanctificatus eſt in eis.

¶Sabbõ. Danielis pphetę. Cap̃. xiii.

IN diebus illis. Erat vir habitãs in Babylone. & nomẽ eius Ioachim. Et accepit vxorẽ nomine Suſannã filiã Elchiæ: pulchrã nimis: et timẽtẽ deũ. Parẽtes eñ illi⁹ cũ eſſent iuſti: erudierunt filiam ſuã ſecũdum legẽ Moyſi. Erat autẽ Ioachim diues valde. Et erat ei pomariũ vicinũ domus ſuæ: et

¶Sabbato ſequẽti.

IN diebus illis. Erat vir habitans. Ex Daniele propheta. ca. xiii. In quo ponitur hiſtoria Suſanne ſũpta ex Theodotione: cum nuſquã alibi legeret: de quo multa Hieronymus ĩ prologo Danielis. In Babylone. videtur hoc fuiſſe tempore captiuitatis: in q̃ etiã hebrei poterant habere ſuos iudices. Pomarium. ideſt hortus pomis conſitus: non pomerium: vt in quibuſdam codicibus legitur: quod ſignificat vrbis ſpaciũ inter muros publicos ⁊ priuatas domos. De quib⁹



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

loquutus eſt domin⁹ Hieremie Cap. xxix. Ponat te inquit dñs ſicut Sedechiam et Achab: quos frixit rex babylonis in igne: pro eo qđ fecerũt ſtultitiã in iſrael ⁊ mechati ſũt in vxores amicoꝝ ſuorũ: neq; obſtat qđ dicit hiſtoria illos lapidatos: q₂ potuit vtrunq; fieri pri⁹ lapidari deinde frigi atq; igni comburi. Popul⁹ reuertiſſet. ſ. a litibus ⁊ foro vbi iudices reddebãt iura. Videbant eam. q₂ frequentabant domũ Ioachim. Euerterunt ſenſum. i. a recta ratione deflexerũt.

Viderct celũ. i. deũ i celo habitantẽ. Dolorẽ. i. affectũ amoris.

Eamus domũ. hoc dicebãt quia vterq; ſolus volebat Suſannã interpellare: qđ cũ fruſtra ſepe feciſſent: tandem alter alteri faſſus eſt amorẽ ſuũ. Sicut heri. ꝓ pridie ⁊ nudiuſtertius. i. die precedẽte diem pridianũ. Smegmata. ſaponẽ ⁊ alia q̃ ad muliebres mundi-

ad ipſum confluebant iudæi: eo ꝙ eſſet honorabilior omniũ. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo: de quibus loquutus eſt domin⁹. Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone a ſenioribus iudicibus: qui videbantur regere populũ. Iſti frequentabant domũ Ioachim: & veniebant ad eos oẽs qui habebãt iudicia. Cũ aũt populus reuertiſſet per meridiẽ: ingrediebatur Suſanna: & deãbulabat in pomario viri ſui. Et videbãt eã ſenes cotidie ingredientẽ & deambulantẽ: & exarſerũt in cõcupiſcentiã ei⁹. Et euerterũt ſenſum ſuũ: & declinauerũt oculos ſuos: vt nõ viderent cœlũ: neq; recordarentur iudiciorum iuſtorũ. Factũ eſt aũt cum obſeruaret diẽ aptũ: quãdo eã poſſent inuenire ſolã: ingreſſa eſt aliquãdo ſicut heri & nudiuſtertius cũ duabus ſolis puellis: voluitq; lauari in pomario. Aeſtus quippe erat: & nõ erat ibi qſpiã preter duos ſenes abſcõditos: & contẽplãtes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleũ & ſmegmata: & oſtia pomarii claudite: vt lauer. Cũ aũt egreſſæ eſſent puellæ: ſurrexerũt duo ſenes: & occurrerũt ad illã: & dixerunt. Ecce oſtia pomarii clauſa ſũt: & nemo nos videt: & in cõcupiſcẽtia tui ſum⁹. Quãobrẽ aſſentire nobis: & cõmiſcere nobiſcũ. Qđ ſi nolueris: dicem⁹ cõtra te teſtimoniũ: ꝙ fuerit tecum iuuenis: & ob hãc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cauſam emiſiſti puellas a te. Ingemuit
Suſāna: & ait. Anguſtię mihi ſūt vndi⸗
ꝗ̄. Si em̄ hoc egero: mors mihi eſt. Si
autē nō egero: nō effugiā manꝰ vr̄as.
Sed meliꝰ eſt mihi abſ꜃ ope icidere ī
manꝰ vr̄as: ꝙ̄ peccare ī cōſpectu dn̄i.
Exclamauit voce magna ſuſāna. Excla
mauerūt aūt & ſenes aduerſus eā. Et oc
currit vnꝰ: ad oſtia pomarii. & aperuit.
Cū aūt audiſſet clamorē ī pomario fa
muli. domꝰ irruerūt p poſticū: vt vide
rēt qd nā hoc eſſet. Poſtꝗ̄ aūt ſenes lo
quuti ſūt: erubuerūt ſui vehemēter: qa
nunꝗ̄ dictꝰ fuerat ſmo huiuſcemodi
de ſuſāna. Et facta ē dies craſtina. Et cū
veniſſet ppl's ad virū eiꝰ Ioachī: vene⸗
rūt & duo p̄ſbri pleni iniq̄ cogitatiōe
aduerſus Suſannam: vt iterficerēt eā. Et
dixerūt corā pplo. Mittite ad Suſānā
filiā Elchię vxorē Ioachim. Et ſtatim
miſerūt: & venit cū parētibꝰ & filiis: &
vniuerſis cognatis ſuis. Flebāt igiť ſui:
& oēs q nouerāt eā. Cōſurgētes aūt duo p̄ſbyteri ī medio
populi: poſuerunt manꝰ ſup caput eius. Quę flēs ſuſpexit
ad cœlum. Erat autē cor eius fiduciam habēs in domino.
Et dixerunt præſbyteri. Cum deābularemus in pomario
ſoli: ingreſſa eſt hec cum duabus ſolis puellis: & clauſit
oſtium pomarii: & dimiſit a ſe puellas. Venit꜃ ad eam
adoleſcens qui erat abſconditus: & cōcubuit cum ea. Por⸗
ro nos cum eſſemus in angulo pomarii: videntes iniqui⸗
tatem cucurrimus ad eos: & vidimus eos pariter commi⸗
ſceri. Et illum quidem nequiuimus comprehendere: quia
fortior nobis erat. Et aperto oſtio: exiliuit. Hanc autem

cias apta ſūt. Nā ſine
gmo ē purgo: vide ſine
gmata purgatoria.
Per poſticū. i. poma⸗
rii oſtiū ſecretiꝰ. Emi
ſiſti puellas. ne eſſent
teſtes adulterii. Mors
mihi eſt. ſ. parata ex le
ge moſi. Abſ꜃ ope.
i. ſine pcto. Senes lo
quuti ſūt. mētiētes qd
nō viderāt. Dies cra⸗
ſtina. i. poſtera eiꝰ diei
q hec acta erāt. Mit⸗
tite ad Suſānā. ſ. vt ve
niat in iudiciū. Duo
p̄ſbyteri. i. ſeniores illi
iudices. Manꝰ ſup ca⸗
put. hoc faciebant te⸗
ſtes: quoꝝ teſtimonio
quiſpiā erat cōdēnan⸗
dus. vt habetur ex Le
uitico. xxiiii. Cum
deambularemus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hec eſt forma teſtimo-
nij falſi q̄ ſatis liquet.
Deꝰ eterne. ꝯſcientiā
tuā teſtat̄ ſuſanna. A
ſanguine huiꝰ.q꞉ ino-
cens eſt. Senes dixe-
rūt ei.ſ.aliū q̄ ⁊ ipſi iu-
dices erāt: ſiue duorū
illoꝝ iudicū aſſeſſores
Honorē ſenectuti. q꞉
cani hoīs ſapiētia illiꝰ.
Inueterate dieꝝ ma
loꝝ.i.in malis opibus
ꝯſumptoꝝ. Pctā tua
ideſt pctoꝝ tuorū pe-
na. Dicente dn̄o.hoc
ſcriptum eſt i Deut.c.
xxvij. ſub chino.i. ſub
lētiſco. Scindet te.q꞉
dixit ſub ſchino: ſubiū
xit alludens ad ſchini

cū apprehēdiſſemꝰ:interrogauimꝰ q̄s
nā eēt adoleſcēs:et noluit īdicare nobis
Huiꝰ rei teſtes ſumꝰ. Credidit eis mlti
tudo q̄ſi ſenioribꝰ & iudicibꝰ ppl'i: &
cōdēnauerūt eā ad mortē. Exclamauit
voce magna Suſāna:& dixit. Deꝰ ęter-
ne q̄ abſconditoꝝ es cognitor: q noſti
oīa anteq̄ꝫ fiāt:tu ſcis qm̄ falſum cōtra
me tulerut teſtimoniū. Et ecce morior
cū nihil horū fecerim: q̄ iſti malitioſē
cōpoſuerūt aduerſū me. Et exaudiuit
dn̄s vocē eiꝰ. Cūq꞉ duceret̄ ad mortē:
ſuſcitauit dn̄s ſpūm pueri iunioris: cui
nomē Daniel. Et exclamauit voce ma
gna:dicēs. Mūdus ego ſum a ſangui-
ne huius. Et cōuerſus omnis populus
ad eum dixit. Quis eſt iſte ſermo quē
tu loquutus es? Qui cum ſtaret in me-
dio eorum: dixit. Sic fatui filii iſrael nō
iudicantes: neq꞉ qd̄ verum eſt cogno-
ſcētes: cōdēnaſtis filiam iſrl'. Reuertimini ad iudiciū: quia
falſum teſtimoniū loquuti ſunt aduerſus eā? Reuerſuſq꞉ eſt
oīs populus cū feſtinatione:& dixit ad eos Daniel. Sepa-
rate eos ab inuicē ꝓcul:& diiudicabo eos. Cū ergo diuiſi
eſſent alter ab altero:vocauit vnū de eis:& dixit ad eū. Inue
terate dierū malorū:nunc inuenerūt te peccata tua q̄ ope-
rabaris prius iudicans iudicia iniuſta. Innocentes oppri-
mens:et dimittens noxios:dicēte domino. Innocētem et
iuſtum non interficies. Nunc ergo ſi vidiſti eā:dic ſub qua
arbore videris eos pariter colloquentes ſibi. Qui ait. Sub
ſchino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es tu in ca-
put tuum. Ecce enim angelus domini accepta ſententia
ab eo:ſcindet te medium. Et amoto eo iuſſit venire alium:

nomen ſchiſe. ideſt ſcindet te ꝛc. Semen chanaā. quia ꝛ ſi de tribu eſſet iuda degenerabat in chananeos. Species. pulchritudo puelle. Loquebantur vobis aſſentientes. Filia iuda. Suſanna q̄ nobilis ꝛ generoſa erat.

& dixit ei. Semen chanaan & non iuda: ſpecies decepit te: & concupiſcentia ſubuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus iſrael: & illę timētes loquebantur vobis. Sed nō filia iuda ſuſtinuit iniquitatē veſtrā. Nūc ergo dic mihi ſub qua arbore cōprehenderis eos colloquentes ſibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autē ei Daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuū. Manet em̄ angelus dn̄i gladiū habens: vt ſecet te mediū: & interficiat vos. exclamauit itaqꝫ oīs cœtꝰ voce magna: & benedixerunt deū qui ſaluat ſperantes in ſe. & conſurrexerūt oēs aduerſus duos p̄ſbyteros. Cōuicerat aūt eos Daniel ex ore ſuo falſū dixiſſe teſtimonium. feceruntqꝫ eis ſicuti male egerant aduerſus proximum: & interfecerunt eos. & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.

¶Dominica quarta ad Galatas. Cap. iiii.

FRatres. Scriptum eſt enim quoniā abraā duos filios habuit: vnū de ancilla: & vnū de libera. Sed q de ancilla ſecundū carnē natus eſt: qui autem de libera: per repromiſſionem: quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc

Sub p̄no. i. ſub ilice. Secet te. q: dixerat ſb prino alludēs ad nomen ſubiunxit. Priſe ideſt ſecabit te mediū de quibus vide Hieronymū in proemio Danielis pluribus hunc locū exponentē. Cetera patent.

¶Dn̄ica. iiij. in quadrageſima.

FRatres. Scriptū ē qm̄ Abraā. Ex epiſtola pauli ad Galatas cap. iiij. In q̄ poſteaq̄ꝑ rōnes egerat de ceſſatione legis moſaice: illud idē ꝑ ſimilitudines oſtēdit. et p̄mo d̄ filio herede ſub tutoribꝰ relicto. nunc de libero ꝛ ſeruo ſcriptū eſt Gen̄. xxvj. de iſmaele. xxj. de iſaac. de ancilla. ſ. agar. De libera. i. ſara. Scd̄m carnē. ſ. naturali mō. vnde huiuſmodi naturales filij dicunt̄. Per repromiſſionē. ſ. factā a deo hoc eſt ſp̄uali quodā modo. Per allegoriā.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte ſinai in ſeruitutem generans: quæ eſt agar. Sina enim mons eſt in Arabia: qui coniunctꝰ eſt ei quæ nunc eſt Ieruſalem: & ſeruit cum filiis ſuis. illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem: libera eſt quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim. Lętare ſterilis quę non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filii deſertæ: magis quam eius quæ habet virum. Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filii ſumus. Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum: ita & nūc. Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filium eius: nō enim hęres erit filius ancillę cum filio liberę. Itaqꝫ fratres iam non ſumꝰ ancillę filii. ſed liberę. Qua libertate chriſtus nos liberauit.

¶Feria ſecunda. Lectio libri Regum tertio. Capitulo. iii.

IN diebus illis. Venerunt duę mulieres meretrices ad regem Salomonem: ſteterūtqꝫ coram eo. Quarum vna ait. Obſecro domine mi: ego & mulier hæc habitabamꝰ ī domo vna: & peperi apud eam in cubi-

a ꝑſſitudinē. nam ait Hieronymꝰ allegoria aliud ꝓtēdit ī verbis: aliud ſigt̄ in ſenſu. Duo teſtamēta nouū ꝛ vetꝰ. In mōte ſina. vbi data ē lex vetꝰ ꝑ Moſen. Cōiūctꝰ eſt ei. in greco habetur qui vergit in ieruſalē alioqui ſina lōge a ieruſalē diſtat. Seruit. i. degit in ſeruitute legis. Illa ieruſalē i. eccl'ia q̄ per Saram deſignatur: ſicut per agar ſynagoga. Letare ſterilis. Eſaie cap̄. liiij. ꝛ fuit ſara ſterilis: q̄a vnicū in ſenectute genuit. Agar aūt plures: nā poſt ſare obitū illā Abraā ſuꝑinduxit vxorē mutato nomine in cethurā: ꝛ ex ea cōplures genuit. Multi filij deſerte. i. eccleſię q̄ in initio paucos habuit: ſed deinceps plures genuit in xp̄o. ¶Fer. ij. ſeq̄nti. IN diebꝰ illis. Venerūt due mulieres. Ex. iij. Regū cap̄. iij. In quo habet̄ quo pacto Salomō deo ꝑmittēte vt optaret q̄cquid vellit: poſthabitis

culō. Tertia vero die poſtqꝫ ego pepi: pepit & hęc. Et eramꝰ ſimul. nulluſqꝫ aliꝰ ĩ domo nobiſcū: exceptis nobis duabus. Mortuus eſt aũt filiꝰ mulieris huius nocte: dormiēs quippe oppreſſit eū. et cōſurgens intēpeſtę noctis ſilentio: tulit filiū meū de latere meo ancillę tuę dormiētis & collocauit in ſinu ſuo: ſuū aũt filiū qui erat mortuus poſuit in ſinu meo. Cūqꝫ ſurrexiſſem mane: vt darē lac filio meo: apparuit mortuus. Quē diligētius intuens clara luce deprehendi non eſſe meū quē genuerā. Reſpōditqꝫ altera mulier. Nō eſt ita: ſed filius tuus mortuus eſt: meus aũt viuit. econtrario illa dicebat. Mentiris. filius quippe meus viuit: & filius tuꝰ mortuus eſt. Atqꝫ in hunc modū contendebant corā rege. Tunc rex ait. Hæc dicit filius meus viuit: & filius tuus mortuus eſt. et iſta reſpondit non: ſed filius tuus mortuus eſt: & meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cumqꝫ attuliſſent gladium coram rege/ait. Diuidite inquit infantem viuum in duas partes: & date dimidiam partem vni: & dimidiā ptē alteri Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem. Cōmota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo. Obſecro domine: date illi infantem viuum & nolite interficere eū. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi: ſed diuidatur. Rñdit rex: & ait Date huic infantem viuū: & nolite occidere eū. Hæc eſt enim mater eius. Audiuit itaqꝫ omnis iſrael iudiciū quod iudicaſſet rex: & timuerunt regem videntes ſapientiam dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.

oībus aliis elegit ſapiētiā. Et in experimētum doni a deo accepti. ponit iudiciū pͥmū qđ fecit de duabꝰ mulierculis diſceptantibꝰ ſe iudice. Lctō expoſitione nō eget. Nocte intēpeſta ⁊ noctis ſilētiū .i. media nox quo tp̄e oīa ſilent: ⁊ tēpus nō eſt quidpiā adminiſtrandi. Cōmota ſunt quippe viſcera eiꝰ ſup filia ſuo. Hec oīa ꝑ parentheſim dicta ſunt.

¶ Feria. iiij. ſequenti.

¶ Feria tertia. Exodi. Cap. xxxii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LOcutus eſt dominus ad moyſen: dicens. Deſcende de monte. Ex Exodo capitul. xxxij. vbi poſteaquam popul⁹ abſente Moyſe conflauit vitulum: illumq; colere inſtituiſſet: hic oſtendit quid de⁹ moſi faciendum precipit: ſed tandem illius precibus eſt placatus.

Populus tuus. quaſi dicat: iam per idolatriam non meus.

Conflatilem. ex conflatione fornacis fuſũ ⁊ formatum. Dure ceruicis. i. ceruicoſus ⁊ durus atq; indocilis. Dimitte me: ideſt non interponas preces in hoc quod volo exequi

In gentem magnam: ideſt principem gentis magne. Ne dicant egyptiĩ. quia ſi quod minaris facis: dicẽt egyptij. ⁊c. quod locutus fuerat: ſcilicet Moſi cum interminabatur illi hebreorũ perniciem.

IN diebus illis. Locutus eſt dñs ad Moyſen dicẽs: Deſcẽde de mõte: q̃a peccauit populus tuus quẽ eduxiſti de terra ęgypti. Receſſerunt cito de via quã oſtendiſti eis: fecerũtq; ſibi vitulũ cõflatilẽ & adorauerunt: atq; immolantes ei hoſtias: dixerunt. Iſti ſunt dii tui iſrael: qui te eduxerunt de terra egypti. Rurſumq; ait dñs ad Moyſen. Cerno ꝙ popul⁹ iſte dure ceruicis ſit. dimitte me ut iraſcatur furor meus cõtra eũ: & deleã eos: faciãq; te in gẽtem magnã. Moyſes aũt orabat dñm deũ ſuũ: dicẽs. Cur dñe iraſcitur furor tuus contra ppl̃m tuũ quem eduxiſti de terra ęgypti. in fortitudine magna et in manu robuſta. Ne queſo dicant ęgyptii. callide eduxit eos vt interficeret in montibus: & deleret de terra. Quieſcat ira tua: & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraam & Iſaac et Iacob ſeruorũ tuorum: quibus iuraſti per temetipſũ: dicens. Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli. & vniuerſam terram hanc de qua locut⁹ ſum: dabo ſemini veſtro & poſſidebitis eã ſemper. Placatuſq; eſt dñs: ne faceret malum: quod locutus fuerat aduerſum populum ſuũ. & miſert⁹ eſt populo dominus deus noſter.

¶ Feria quarta ſequẽti.

¶ Feria quarta. Ezechielis. Capitulo. xxxvi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HEc dicit dominus deus. Sanctificabo nomē. Ex Ezechiele capitul'. xxxvj. In quo poſteaq̄ minat⁹ eſt populo iſraelitico aduerſa: in eoꝝ conſolationem predicit illis proſpera. Sanctificabo nomen tuum. ideſt ſanctum oſtendam liberando vos ex ſeruitute. Pollutum eſt. per idolatriam miſcendo vos ritibus gentium inter quas verſati eſtis. De gētib⁹ inter quas eſtis diffuſi. Terrā vr̄am. ſ. ꝓmiſſionis. Mundamini. ab effectu q̄s luſtrat pctm̄ originale. Cor nouum ⁊ ſpiritū. quia lex euāgelica tota eſt ſpiritualis: cum Moſaica ſit carnalis. Cetera ſatis patent: neq̧ indigent expoſitione.

HAec dicit dn̄s de⁹. Sanctificabo nomen meum magnū: quod pollutū eſt inter gentes: qđ polluiſtis in medio earum: vt ſciāt gentes quia ego dn̄s: cū ſanctificatus fuero in vobis corā eis. Tollā quippe vos de gētibus: & cōgregabo vos de vniuerſis terris: et adducā vos in terrā vr̄am. & effundā ſuper vos aquā mūdā: et mūdabimini ab oībus iniquinamentis veſtris: & ab vniuerſis idolis vr̄is mūdabo vos. et dabo vobis cor nouū: et ſpiritū nouū ponā in medio veſtri. & auferā cor lapideū de carne veſtra: & dabo vobis cor carneū: et ſpiritū meū ponā in medio veſtri. et faciē vt in pręceptis meis ambuletis: et iudicia mea cuſtodiatis et operemini. et habitabitis ī terra quā dedi patribus veſtris. et eritis mihi in populum: et ego ero vobis ī deū Dicit dominus omnipotens.

¶ Lectio Eſaię prophetę. Cap. i.

HAec dicit dominus deus. Lauamini: mundi eſtote. auferte malum cogitationum veſtrarum ab ocl'is meis. Quieſcite agere ꝑuerſe:

HEc dicit dominus. Lauamini ⁊ mundi eſtote. Ex Eſaia capitulo. j. In quo poſteaq̄ interminatus eſt peccatorum punitionem. hic ponit remedium quo ſit interim vtendum. Lauamini: ſcilicet a peccatorum maculis. Et mundi eſtote. cauendo a futuro: ne recidatis in priſtinos errores. Cogitationum ideſt interiorum ⁊ occultorum criminum. Quieſcite. i. ceſſare. ſ; quia nō eſt ſatis abſti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nere a malo:ſed bonū etiā facere ſubiūgit bñfacere. Venite ⁊ arguite me.i.ſi nō retulero vobis premia ꝓ vr̄is bonis operibus. Sicut coccinū.i.rubra vt eſt coccinus color.eſt aūt coccū qd̓ Hiſpani vocāt granā:q̄ colligūtur ex quiſquilia frutice nota. Vermiculus.opinor interpres per vermiculū ipſum coccū intelligere:qd̓ in vermiculos reſoluitur:tādē ſi nō vtrib⁹ cōtineat. Si volueritis.ſ.p̄ceptis meis obtēperare. Bona terre comedetis.i.ſpiritualib⁹ bonis ditabimini.

Feria.v. ſequenti.

IN dieb⁹ illis. Venit mulier. Ex iiij.Regū.cap.iiij. In quo poſteaq̄ mulier ſunamitis cōcepit Heliſeo p̄dicāte ⁊ peperit filiū:quē adultū deinde amiſit: hic ponit q̄ pacto eſt ab eodē propheta reſtitutus vite. Mulier ſunamitis.ex Sunā vrbe Paleſtine iudee. In mōtem carmeli: quē Heliſeus frequētabat. Reſpōdit: recte:diſſimulauit forte dolorē:ne ꝓhiberet accedere. Amoueret.ſ.a pedibus ꝓphete. Celauit a me.q̄a ꝓphete non vident: niſi que a ſpiritu ſancto reuelantur illis. Petiui filium:quaſi dicat:tu ſponte obtuliſti:⁊ impetraſti:igitur ⁊ ſuſcitare potes amiſſum. Viuit dominus.modus iurandi frequens in ſcrip

diſcite benefacere. Querite iudicium: ſubuenite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite viduā: & venite arguite me: dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum: quaſi nix dealbabūtur. et ſi fuerint rubra quaſi vermicul⁹: velut lana alba erunt. Si volueritis: & audieritis me: bona terrę comedetis. Dicit dominus omnipotens.

Feria.v. Lectio libri Reg.iiii. Ca.iiii.

IN diebus illis. Venit mulier ſunamitis ad Heliſeū prophetā in montem carmeli. Cūq; vidiſſet eam vir dei de cōtra: ait ad giezi puerū ſuū. ecce ſunamitis illa. Vade ergo in occurſum eius & dic ei. Recte ne agitur circa te: & circa virū tuū: & circa filiū tuum? Quę dixit. Recte. Cūq; veniſſet ad virum dei in montē: apprehendit pedes eius: & acceſſit giezi: vt amoueret eā. et ait homo dei. Dimitte illā: aīma eius in amaritudiē ē & dn̄s celauit a me: & nō indicauit mihi. Quę dixit illi. Nūqd petiuit filiū a domino meo? Nūquid

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lũbos tuos: & tolle baculũ meũ in manu tua: & vade. Si occurrerit tibi homo nõ ſalutes eũ: & ſi ſalutauerit te quiſpiã: nõ reſpõdeas illi. & pones baculũ meũ ſup faciẽ pueri. Porro: mater pueri ait. Viuit dñs: et viuit aĩa tua: nõ dimittã te. Surrexit ergo: & ſecutus eſt eã. Giezi aũt pręceſſerat ante eos: & poſuerat baculũ ſuper faciẽ pueri: & nõ erat ei vox neq̃ ſenſ9. Reuerſuſq̃ eſt giezi in occurſum eius: & nũciauit ei: dicẽs. Nõ ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Heliſeus domũ: & ecce puer mortu9 iacebat ĩ lectulo ei9. Ingreſſuſq̃ clauſit oſtiũ ſuper ſe: & ſup puerũ: & orauit ad dñm. & aſcẽdit & icubuit ſup puerũ. Poſuitq̃ os ſuũ ſup os pueri: & oculos ſuos ſup oculos ei9: & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſuper eũ: & caleſacta eſt caro pueri. At ille reuerſus deambulauit in domo ſemel huc & illuc. & aſcẽdit et ĩcubuit ſe ſup eũ: et oſcitauit puer ſepties: apuitq̃ oculos. At ille vocauit giezi dixit ei. Voca ſunamite hãc. Quę vocata: ĩgreſſa ẽ ad eum. Qui ait. Tolle filiũ tuũ. Venit illa: & corruit ad pedes ei9 & adorauit ſup terrã. Tulitq̃ filiũ ſuũ: & egreſſa eſt. Heliſe9 vero reuerſus eſt in Galgalam.

tura. i. per vitã meã: et tuam. Super ſe et ſuper puerũ: id eſt poſt ſe et puerum. ſic quoq̃ ſupra expoſuimus. Reuerſus in galgalã. locus quoq̃ ab Heliſeo frequentatus quẽadmodum ⁊ carmel9: diſtatq̃ a Jerico duobus paſſuum millib9 cecidit q̃ in ſortem tribus iuda.

¶ Ferie. vi. ſequenti. In diebus illis. Egrotauit fili9. Ex tertio Regũ capit. xvij. In quo poſteaquam poſuit miraculum illud: de quo ſupra dictum eſt: q̃ pacto diuertit ad mulierem viduã ſareptanã pauitq̃ illam filiũq̃.

¶ Feria. vi. Lectio libri Regũ. iii. Cap. xvii.

IN dieb9 illis: Aegrotauit fili9 mulieris mřis familias: & erat langor fortiſſim9: ita vt nõ remaneret ĩ eo halitus. Dixitq̃ ergo ad Heliã. quid mihi & tibi vir dei? ĩgreſſ9 es ad me: vt rememorarẽt̃ ĩiq̃tates meę: et ĩſficeřs filiũ mũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illius ⁊ ipſe mirabiliter ab ea pact⁹ eſt ex vno pugillo farine: nūc po
nit queādmodū mortu⁹ puer: eſt ab eodē ꝓpheta ſuſcitatus. Mulie-
ris: ſcilicet ſareptane. Halitus. i. ſpiritus quo extincto ſequat̄ mors
neceſſe eſt. Quid mihi ⁊ tibi. i. quid negocij erat tibi in domo mea.
iniquitates mee: quaſi ex ingreſſu illius in domū deus viderit mu-
lieris. pccā: q̄ alias nō
vidiſſet. In cenaculū.
ptē domus ſuperiorē.
Expandit ſe. i. explica
uit ſe. Menſ⁹ eſt a; me
tior iris. ſic Vergilius
Heſperiā metire iacēs
Inferiorē domū. quia
vt diximus cenaculū
pars eſt ſuperior.
Nunc cognoui: ideſt
experimento didici.
HEc dicit dñs. In
tp̄e placito. Ex
Eſaia ꝓpheta ca. xlix.
Nō etiā ſcōm hebreoſ
de meſſia eſt exponen
dū hoc ē de chr̄o vētu
ro. In tp̄e placito. i. le
gis grē. Exaudiui te.
vox pr̄is eſt ad filiū.
In die ſalutis. i. paſſio
nis tue que fuit oīm
ſalus. Auxiliat⁹ ſū.
dando conſtantiā pa-
tiendi. In fedus po
puli. vt per te deo fe-
deraret̄ recōciliaret̄ꝗ
Terram: ideſt terre
habitatores. Qui vin
cti ſunt. i. peccatis im
pliciti. Reuelamini.

et ait ad eā Helias. Da mihi filiū tuum.
Tulitq̄ʒ eū de ſinu illius: et portauit in
cenaculū: vbi ip̄e manebat: et poſuit ſu
per lectū ſuū: et clamauit ad dn̄m: et di-
xit. Domine deus me⁹: etiā ne viduā
apud quā ego vtcūq̄ʒ ſuſtētor afflixi-
ſti: vt interficeres filiū ei⁹? et expādit ſe
atq̄ʒ mēſus eſt ſuper puerū tribus vici-
b⁹: clamauitq̄ʒ ad dn̄m: et ait. Dn̄e de⁹
meus: reuertat̄ obſecro aīa pueri huius
in viſcera eius. et exaudiuit dn̄s vocem
Helię: et reuerſa eſt aīa pueri intra eū et
reuixit. Tulitq̄ʒ Helias puerū: et depo-
ſuit eū in cœnaculo in inferiorē domū
ei tradidit illū matri ſuę. et ait illi. en vi
uit filius tuus. Dixitq̄ʒ mulier ad Heliā
Nūc in iſto cognoui: qm̄ vir dei es tu:
et verbū dn̄i in ore tuo verum eſt.

¶ Lectio Eſaię ꝓphetę. Cap. xlix.

HAec dicit dn̄s. In tp̄e placito ex
audiui te: et in die ſalutis auxilia
tus ſum tui. et ſeruaui te: et dedi
te ī fœd⁹ ppl̄i: vt ſuſcitares terrā: et poſ
ſideres hęreditates iacob diſſipatas. vt
diceres his qui vincti ſunt exite: et his
qui in tenebris ſūt: reuelamini. Super

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in veritatis cognitione. Paſcētur. loca paſtionis cōmemorat. Non eſuriēt. in trāſlatione paſtionis perſtat. Mōtes meos. per euāgeliū prędicationē nihil erit inuiū. Semite mee. hoc eſt precepta. De lōge veniēt. ſ. ad fidē per predicationē. Et mari. quod eſt occaſu iudee. Laudate celi. gratiaꝝ actio eſt ꝓ tanto beneficio. Et dixit ſiō. i. illi q̄ fuerūt habitatores ſiō. ducti i captiuitatē. Illa mulier q̄ peperit. Ego nō obliuiſcar. ſ. ppl'i mei.

vias paſcent̄: & in oīb⁹ planis erūt paſcua eorū. Nō eſuriēt neq̧ ſitiēt āplius: & nō pcutiet eos ęſt⁹ & ſol: qa miſerator eoꝝ reget illos: & ad fōtes aquarū potabit eos. & ponā oēs mōtes meos in viā: & ſemitę meę exaltabunt̄. Ecce iſti de lōge veniēt: & ecce illi ab aquilone & mari: et iſti de terra auſtrali: Laudate cœli & exultet t̄ra: iubilate mōtes laudē: qa cōſolat⁹ eſt dn̄s ppl'm ſuū: & paupū ſuoꝝ miſerebit̄. et dixit ſiō. Dereliquit me dn̄s: & dn̄s oblit⁹ eſt mei. Nūquid obliuiſci pōt mulier infantē ſuū: vt nō miſereat̄ filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit: ego tn̄ non obliuiſcar tui. Dicit dn̄s omnipotens.

¶ Lectio Eſaię ꝓphetę. Cap. lv.

HAec dicit dn̄s. Oēs ſitiētes veīte ad aq̄s: et qui nō hētis argētū ꝓperate emite & comedite: veīte emite abſq̧ argēto: & abſq̧ vlla commutatiōe vinū & lac. q̄re appēditis argētū nō ī panib⁹: & laborē v̄r̄m nō ī ſaturitate? Audite audiētes me: et comedite bonū: et delectabit̄ ī craſſitudine aīa v̄r̄a. Inclinate aurē v̄r̄am et veīte ad me: audite et viuet aīa v̄r̄a. et feriā vobi ſcū pactū ſempiternum: mīas: Dauid

HEc dicit domin⁹ Oēs ſitiētes. Ex Eſaia propheta ca. lv. Quod ad chriſti predicationem diſcipuloꝝ rumq̧ per mundum diſperſionem gentium q̧ vocationem pertinet. Venite ad aquas ſalientes ſcilicet in vitam eternam. Non habetis argentum. q: bona ſpiritualia non emūtur. Vinum ⁊ lac. per que intelligit cibos ſpirituales. Non ī panib⁹. ſed in aliis q̄ magis famē augent. Comedite bonū. i. cibū q̄ nō perit: ſed in eternū ſaliat. Pactum ſempiternū. i. legē euāgelicā. q: lex Moſi temporalis fuit. Fideles non fidelis Paulus actuū xiij. Hoc citat ex ſeptuaginta interp̄tatiōe ſancta Dauid fidelis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Teſtē dedi eū. pr̄ de fi lio dicit hoc. Quā neſciebas. Superius de filio loquebatur: nunc ad filiū. Querite dn̄m oēs hortať nūc vt in tē pore gr̄e querāt deū. Qm̄ multus eſt. i. pro pēſus ⁊ liberalis. Cogitationes mee. q̄ſi di cat. aliť deꝰ: aliť hō in his ſe habet: et ponit cōparationē manifeſtam. ſed hec in ſuperiorib⁹ iā expoſita ſūt.

Dn̄ica in paſſione.

Chriſtus aſſiſtēs. Ex ep̄la Pauli ad Hebreos cap. ix. In quo miniſteria veteris legis cōparat noue: ⁊ poſteaq̄ narrauit quid in veteri fiebat: nunc quid in noua fit demonſtrat: dicens. Chriſt⁹ aſſiſtēs. i. greco aduenies. Pontifex futuroꝝ. ſicut Aaron fuit preteritorum. Tabernaculum non manufactū. quale fuit Moſi: ſed per corpus ſuum. Introiuit ſemel: i. leſt ineternum. In ſancta. ſcilicet ſanctorum eterna redemptione inuenta.

fideles. Ecce teſtē populis dedi eū ducē ac præceptorē gētibus. ecce gentē quā neſciebas vocabis. & gētes quæ nō cognouerūt ad te currēt: ꝓpter dn̄m deū tuū & ſanctū iſrael: quia glorificauit te Querite dn̄m dū inueniri pōt: inuocate eū dū ꝓpe eſt. Derelinquat impi⁹ viā ſuā: & vir iniquus cogitationes ſuas & reuertatur ad dn̄m & miſerebiť ei⁹: & ad deū nr̄m: qm̄ multus eſt ad ignoſcēdū. Nō em̄ cogitatiōes meę cogitatiōes vr̄ę: neq; vię meę vię vr̄ę: dicit dn̄s Quia ſicut exaltātur cœli a terra: ſic exaltatæ ſunt viæ meæ a viis veſtris: & cogitationes meæ a cogitationibus veſtris. & quomodo deſcendit imber: & nix de cœlo: & illuc vltra non reuertetur: ſed inebriat terrā & infundit eā: & germinare eā facit: & dat ſemen ſerēti & panem comedenti. Sic erit verbum meū qđ egredietur de ore meo. Nō reuertetur ad me vacuū: ſed faciet quæcū q; volui: & proſperabitur in his ad q̄ miſi illud. Dicit dn̄s omnipotens.

Dn̄ica i paſſiōe. Ad hebreos. Ca. ix.

Fratres. Chriſt⁹ aūt aſſiſtens pōtifex futurorū bonorū: per āplius & pfectius tabernaculū non manufactum. i. nō huius creationis: neq; per ſanguinem hircorum aut vitulorum: ſed per ꝓprium ſāguinēītroiuit ſemel in ſancta: ęterna redemptione inuenta. Si em̄ ſāguis hircorū aut taurorū: et ci

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niſ vitulę aſpſ⁹ īquinatos ſctificat ad emū
dationem carnis: quāto magis ſāguis
xp̄i: q p ſpm̄ ſctm̄ ſemetipm̄ obtulit im
maculatū deo: emūdabit cōſciētiā no
ſtrā ab opib⁹ mortuis: ad ſeruiēdū deo
viuēti. & ideo noui teſtamēti mediator
ē: vt morte ītercedēte: ī redēptionē eaꝝ
p̄uaricationū q̄ ſuberāt ſub p̄ori teſta
mēto repromiſſionē accipiāt: q vocati
ſūt ętnę hęreditati. ī xp̄o ieſu dn̄o nr̄o.

¶ Fer. ij. Lcō Ionę p̄phetę. Cap. iij.

IN dieb⁹ illis. Factū ē verbū dn̄i
ad Ionā p̄phetā ſcd̄o: dicēs. Sur
ge et vade ad Niniuē ciuitatē magnā: et
p̄dica ī ea p̄dicationē: quā ego loq̄r ad
te. & ſurrexit ionas et abiit ī niniuē: iux
ta verbū dn̄i. & Niniue erat ciuitas ma
gna itinere dierū triū: & cœpit ionas ī
troire ī ciuitatē itinere diei vni⁹. & cla
mauit: & dixit. Adhuc q̄dragīta dies: et
Niniue ſubuertetur. & crediderūt viri
Niniuitę ī dn̄o: & p̄dicauerūt ieiuniū:
& veſtiti ſūt ſaccis: a maiore vſq; ad mi
norē. & p̄uenit verbū ad regē Niniue:
& ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit veſti
mētū ſuū a ſe: & indutus eſt ſacco. Et ſe
dit in cinere: & clamauit: et dixit: ī Ni
niue ex ore regis & principū ei⁹. dicēs
Hoīes & iumēta & boues & pecora nō
guſtēt quicquā: nec paſcant: et aquā nō
bibāt. & operiāt ſaccis: hoīes & iumē
ta clament ad dominū in fortitudine.

i greco iūct⁹ ē. nā refer
tur ad xp̄m. Si eñ. lo
c⁹ ē a minori ad mai⁹.
Cinis aſpſus. q̄a vt nu
nūeri ca. xix. Cineres
vitule ꝯbuſte īponebā
tur aq̄ q̄ imūdi luſtra
bant. Emūdauit: ī gre
co p futuꝝ emūdabit
Mediator ē. ītercedēte
morte p quā ei⁹ teſta
mētū ē ꝯfirmatū. Ut q̄
ſūt vocati eṫne heredi
tatis. i. ad eṫnā heredi
tē. Accipiēt re p̄miſſio
nē. ſ. factā abraā. In re
dēptionem p̄uaricatio
nū: q̄ ī veteri lege p ſa
crificia nō poterāt tolli

¶ Feria. ij. ſequenti.

FActū ē v̄bū dn̄i.
ex Iona p̄pha
cap. iij. ī q̄ ptinet q̄ pa
cto ionas execut⁹ ē ſi
bi a deo īperatū hoc ē
vt iret niniuē ⁊c. Scd̄o
q̄a illō idē p̄cepat. q̄ lo
quor. i. ātea ſū locut⁹.
Itinere triū dieꝝ. vt vi
cioēs vrbis pagrarēt.
Adhuc q̄dragita dies.
ſubaudi reſtāt: q̄ſūt da
ti ad pn̄iam. Saccis. i.
cilicio ex pilis capraꝝ
Sedit in cinere. humi
lians ſe videlicet corā

domino. ⁊ clamauit. per os. ſ. preconis. In fortitudine. i. fortiter.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si cōuertat. q: ſicut ꝑpter peccata noſtra eſt iratus: ita ⁊ per penitentiam placabitur. Miſertus eſt ſuper maliciam. quam locutus fuerat: id eſt penam quam fuerat illis interminatus. que quia fuit comminatoria: illis mutatis ⁊ pena eſt mutata.

Feria tertia ſequenti.

Congregati ſūt Babylonij. Ex Daniele propheta ca. xiiij. in quo poſteaq̄ narrauit quomō Danielis induſtria idolū belis euerſum eſt: nūc oſtendit quemadmodum Babylonij petierunt a rege: vt Daniel cederetur morti: ⁊ quo pacto liberatus eſt ex lacu leonum: ⁊ paſtus in penuria alimentorum. Aduerſ⁹ regem q: fecerunt in vrbe ſeditionem. In lacum leonum: id eſt cuncam vbi adſeruabantur ⁊ cuſtodiebantur leones. Duo corpora. hominum. quia ſubdit ⁊ due oues. Erat Abacuc. quomodo in fame paſt⁹ eſt Daniel ⁊ ex leonibus liberatus. Abacuc. vnus ex duodecim prophetis minoribus. Pulmentum. carnes ſine oſſib⁹. Intriuerat panes. i. ex itrita formauerat. Eſt aūt intrita maſſa nformis cuiuſcūq; rei. In alueolo. alueus eſt vas ſiue receptaculū

et conuertatur vir a via ſua mala: et ab iniquitate: quę eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi cōuertatur: et ignoſcat de⁹: & reuertatur a furore irę ſuę: et nō peribimus? et vidit deus opera eorū: quia conuerſi ſunt a via ſua mala: et miſert⁹ eſt ſuper maliciā quā locutus fuerat vt faceret eis: et nō fecit. Dn̄s deus noſter.

Feria. iii. Lectio Danielis prophete. Cap. xiiii.

In diebus illis. Cōgregati ſunt Babylonii ad regē: et dixerunt ei. Trade nobis Danielē qui bel deſtruxit et draconē interfecit. alioqui interficiemus te et domū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerent in eū vehementer & neceſſitate compulſ⁹ tradidit eis Danielē. Qui miſerunt eū in lacū leonum: & erat ibi ſex diebus. Porro in lacu erant leones ſepte: et dabuntur eis cotidie duo corpora: et duę oues. et tunc non data ſūt eis vt deuorarent Danielem. erat autē Abacuc propheta in iudea: & ipſe coxerat pulmentum: & intriuerat panes in alueolo: et ibat in campum: vt fer-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ret meſſoribus. Dixitq; angel⁹ dñi ad Abacuc. Fer prandiū quod habes in babylonē Danieli: qui eſt in lacu leonū. et dixit Abacuc. Dñe babylonem nō vidi: et locū neſcio. et apprehendit eū angelus dñi in verticē eius: & portauit eū capillo capitis ſui: poſuitq; illū in babylone ſuper lacū in impetu ſpiritus ſui. et clamauit Abacuc: dicēs. Daniel ſerue dei: tolle prandiū quod miſit tibi deus. et ait. Daniel. Recordatus eſ mei es dñe deus meus: et nō dereliquiſti diligentes te. Surgēſq; daniel comedit. Porro angel⁹ dñi reſtituit Abacuc confeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptima vt lugeret Danielē: et venit ad lacū et introſpexit: et ecce Daniel ſedens in medio leonū. et exclamauit rex voce magna: dicēs. Magnus es dñe deus Danielis. et extraxit eū de lacu leonū. Illos autē qui perditionis ei⁹ cauſa fuerāt: intromiſit in lacū: et deuorati ſunt in momēto corā eo. Tūc rex ait. Paueant habitantes in vniuerſa terra deū Danielis. quia ipſe eſt liberator & ſaluator: faciēs ſigna et mirabilia in cœlo et in terra. qui liberauit Danielem de lacu leonum.

rei fluxe. Meſſoribus. quos in meſſes ſecandas conduxerat. In vertice eius. pro ex capitis vertice. Capillo. quia capillum capitis apprehendit: et ſic eum portauit ſublimē. Impetu ſpiritus: id eſt virtute ſua ſpirituali. In loco ſuo. vnde illū rapuerat. Ut lugeret. quia putabat illū extinctum.

¶ Feria. iiij. ſequenti. Locut⁹ eſt dñs. Ex Leui. capi. xix. vbi inter alia legiſ precepta: que ſequuntur commemorat: que pertinent ad proximū. Nō periurabis. in dānū pximi qđ etiā religionē ledit. Pollues. id eſt pfanabis. Calūniam. falſam accuſationem intentans.

¶ Feria. iiii. Lectio libri Leuitici. Cap. xix.

IN dieb⁹ illis. Locut⁹ eſt dñs ad Moſē: dicēs. Loq̄re ad oēm cætū filiorū iſrl': & dices ad eos. ego dñs de⁹ vr̄. Nō facietis furtū: nō mētiemini: nec decipiet vnuſqſq; pximū ſuū. Nō piurabis in noīe meo. neq; pollues nomē dñi dei tui. ego dñs. Nō facies calūniā pximo tuo: nec vi op-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ui. violẽtis quibuſdã modis. Op⁹ mercenarij .i. merces ꝓ opere illi⁹ quẽ cõduxiſti. Surdo. atq; proinde abſenti. Offendiculũ .i. obijcẽ in quẽ offendẽs ceſpitet.

Perſonã pauꝑis qa i diſtributiua iuſticia oꝫ cõſiderari: nõ aũt i cõmutatiua. criminator .i. delator criminũ occultoꝝ. ſuſurro .i. murmurator. Cõtra ſanguinẽ .ſ. inocẽtis. Nõ oderis. cũ rãcore. Publice. ſcðm euãgeliũ mathei. xviij. Si peccauerit i te fr̃ tu⁹ .ꝛc. Ultionẽ. amore vindicte. Sicut teipſm. qa hoc amicitie lex exigit. Eſt nihilomin⁹ i amore ordo quidam vt nos magis amemus ꝙ alios.

ꝑmes eũ. Nõ morabit̃ op⁹ mercenarij tui apđ te mane. Nõ maledices ſurdo: nec corã cæco pones offẽdiculũ: ſed timebis dñm deũ tuũ: qa ego ſum dñs Non facies ꝙ iniquum eſt: nec iniuſte iudicabis. Nec cõſideres perſonã pauperis: nec honores vultum potẽtis. Iuſte iudica proximo tuo. Non eris criminator: nec ſuſurro in populis. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrẽ tuũ in corde tuo: ſed publice argue eum: nec habeas ſuper illo peccatum. Non quęras vltionem: nec memoreris iniuriæ ciuiũ tuorũ. Diliges amicum tuũ ſicut teipſum. Ego dñs. Leges meas cuſtodite. Ego em̃ ſum dñs deus vr̃.

¶ Feria .v. ſequenti.

ORauit daniel: dicẽs ex Daniele ꝓpha ca. iij. q̃ orõ nõ danielis: ſꝫ azarie i igni fornace poſito tribuit̃. Dilectũ tuũ. quẽ dilexiſti ꝛ trãſtuliſti i paleſtinã ex hur caldeoꝝ. Pollicẽs. hec repromiſſio abraã prio: dei de poſteris facta eſt a deo. Imminuti ſum⁹. exules: diſpſi: ꝛ ab oib⁹ aliis hoib⁹ cõtẽpti. Nõ ẽ pnceps. qr Sede

¶ Feria quinta. Lectio Danielis prophetę. Capitul'. iii.

IN diebus illis orauit Daniel dicens Dñe deus ne deſpicias populũ tuũ neq; auferas m̃iam tuã a nobis: ꝓpter Abraã dilectũ tuũ: & Iſaac ſeruũ tuum: & iſrael ſanctũ tuũ quibus locutus es pollicens ꝙ multiplicares ſemẽ eorum ſicut ſtellas cœli: & ſicut arenã quæ eſt in littore maris: quia dñe imminuti ſumus pluſꝗ omnes gẽtes: ſumuſq; hũiles in vniuerſa terra hodie ꝓpter peccata noſtra. Et nõ eſt in tẽpore

chias captiuus erat. Nec ꝓpheta qui nobis denunciet quomõ ſis placãdus. Nec holocauſtũ.i.ſacrificia: q̃ nõ habemus ſacerdotes ĩ captiuitate poſiti. In

hoc princeps & propheta: & dux: neq̃ holocauſtum: neq̃ ſacrificium: neq̃ oblatio: neq̃ incenſum: neq̃ locus primitiarum coram te vt poſſimus inuenire miſericordiam tuam: ſed in animo contrito: & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto arietũ & taurorum: & ſicut in millibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie vt placeat tibi: quia non eſt confuſio confidentibus in te. & nunc ſequimur te in toto corde: & timemus te: & quęrim⁹ faciem tuam. Non confundas nos: ſed fac nobiſcũ iuxta mãſuetudinẽ tuã & ſcd̃m m̃ltitudinẽ mĩę tuę. & erue nos ĩ mirabilib⁹ tuis: & da gloriam noĩ tuo domine: & confundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala. Confundantur in omnipotentia: & robur eorum conteratur. & ſciant quia tu es dominus deus ſol⁹: & glorioſus ſuper orbem terrarum. Dñe deus noſter.

¶ Feria ſexta Lectio Ieremiæ prophetæ. Capitul. xvii.

IN diebus illis. Dixit Ieremias. Domine omnes qui te derelinquũt cõfundentur. Recedentes a te in terra ſcribentur: qm̃ dereliquerunt venam aquarũ viuentiũ dñm. Sana me dñe.

aĩa cõtrita. ſic Dauid pſal. l. coꝛ cõtritum: et humiliatũ. Sacrificiũ noſtrũ.ſ.coꝛdis cõtriti Ne confundas nos. q̃ nõ impetrat quod petit: relinquitur quaſi confuſus. In mirabilibus tuis. faciendo in noſtra liberatione mirabilia: ſicut ante hac feciſti. Da gloriam. faciendo hec miracula. In oĩpotentia. in qua ſcilicet confidunt. Et ſciant. i. experiantur.

¶ Feria. vj. ſequenti.

DIxit Ieremias Domine omes qui te derelinquunt. Ex Ieremia cap. xvij. Hec lectio continuatur ſuperioꝛi: que legebatur feria quinta ſecunde dominice ĩ quadrageſima. Qui te derelinquunt. ſeruiendo diis alienis. In terra ideſt in inferioꝛibus terre: hoc eſt apud inferos. Venam aquarum. ſalientium in vitam eternã. Ioannis. iiij. Sana me dñe.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Jeremie pcatio eſt. Et ſanabor. a morbo quē tu ſol⁹ potes ſanare. Ipſi quib⁹ verba tua denūciaui. Verbū dñi.i.pena quā nobis minabaris. Veniat.ſ.verbū illud: quaſi dicat: nō veniet. Nō ſum turbat⁹. ꝑpter verba eoꝝ. Sequēs te.i.mādata tua exequēs. Diē hoīs.i.vitā delicioſam quā plerics homiēs ſequūtur. Quod egreſſum eſt. malos coarguēdo. In cōſpectu tuo. quia tu illud mihi iuſſiſti. Non ſis formidini.i.pena quā aliis es minatus non veniat ſuper me. Confundant ꝑ cōfundent Duplici contritione. hoc ē mortis ⁊ captiuitatis. Cōtere eos.i.cōteres vt ſupra ideſt nō optatiue aut imperatiue ſed enunciatiue.

et ſanabor: ſaluū me fac et ſaluus ero: qm̄ laus mea tu es. ecce ipi dicūt ad me vbi eſt verbū dñi? veniat & ego nō ſū turbatus: te paſtorē ſequens: et diē hoīs nō deſideraui tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis: rectū in cōſpectu tuo fuit. Non ſis tu mihi formidini: ſpes mea tu: in die afflictionis. Confundantur qui me perſequuntur: & nō cōfundar ego. Paueant illi: et nō paueā ego. Induc ſuper eos diem afflictionis: et duplici contritione contere eos. Domine deus noſter.

¶Sabbato ſequenti.

Dixerunt impii. Ex Jeremia ꝓpheta cap. xviii. paucis verbis immutatis. Nā ꝓ eo quod hic legitur: dixerunt impii iudei adinuicē: in originali legitur. Et dixerunt venite et cogitemus cōtra Jeremiam cogitationes: ⁊ eſt obſtinatio iudeoꝝ i xp̄m par illi quā habuerūt in Jeremiā. Cogitationes.i.vias quib⁹ illū occidam⁹ tāquā ꝓphetā falſa nobis denunciantē. Lex a ſacerdote. q̄a nihilominus docebit eā. Cōſilium a ſapiente.i. a ſeptuaginta ſenioribus q̄s Moſes inſtituit. Sermo a ꝓpheta. qui futura nobis denūciet. Percutiamus lingua teſtimonia falſa intendentes. Attende

¶Sabbato. Lectio Ieremię prophetę. Cap. xviii.

IN diebus illis. Dixerunt impii iudei adinuicē. Venite cogitemus cōtra iuſtū cogitationes. Non enim peribit lex a ſacerdote: neq; conſilium a ſapiente: neq; ſermo a propheta. Venite pcutiamus eū lingua: et nō attēdamus ad vniuerſos ſermones ei⁹. Attēde

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dñe ad me: & audi vocē aduerſariorū meorū. Nunquid reddit̄ ꝑ bono malū: quia foderūt foueā aīæ meę? Recordare ꝙ ſteterim in cōſpectu tuo: vt loquerer ꝑ eis bonū: & auerterem indignationem tuā ab eis. Propterea da filios eorū in famē: & deduc eos in manus gladii. Fiāt vxores eorum viduæ abſq; liberis: & viri earū interficiātur morte. Iuuenes eorū confodiant̄ gladio in ꝑlio, audiat̄ clamor de domib⁹ eorū. Adduces enim ſup eos latronē repente: quia foderūt foueam vt caperent me: & laqueos abſcōderunt pedibus meis. Tu aūt dñe ſcis omne conſilium eorū aduerſum me in mortē. Ne ꝓpitieris iniqtati eorū: & peccatū eorum a facie tua non deleant̄. Fiāt corruentes in conſpectu tuo: in tempore furoris tui Domine deus noſter.

¶ Dominica in ramiſpalmarū. Beati Pauli ad Philippenſes. Capitulo. ii.

FRatres. Hoc enī ſentite ī vobis: quod & in chriſto Ieſu. Qui cū in forma dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiēs: in ſimilitudinē hoīm fact⁹: & habitu inuēt⁹ vt hō. Humiliauit ſemet ipſum fact⁹ obediēs vſq; ad mortem: mortē autē crucis. Propter qđ & deus

dñe. deꝑcatio eſt Hieremie. Audi ad puniēdū eos. Pro bono malū. q̄ſi dicat: certe reddit mihi ab his. Foueā aīe mee. i. ꝑniciē vite mee. In conſpectu tuo. i. qđ tibi ſim obſecut⁹ faciēdo q̄ illis erāt vtilitati. Clamor đ domib⁹. ſ. fame ⁊ gladio pereūtiū. Latronē. q̄ eos diſtrahat atq; diſturbet: ⁊ i captiuitatē ducat. Propitieris. relinquēdo ipunitā iniq̄tatē illoꝝ. In tpe furoris. i. vindicte tue.

¶ Dominica in ramiſpalmarum.

FRatres. Hoc ſētite i vob. Ex epl'a ad Philip. c. ii. Philippēſes exēplo chriſti Paulus ad humilitatē hortat̄. Hoc ſentite in vobis. ſ. qđ chr̄s ſenſit i ſe. In forma dei. idest ꝑ eſſentiā deus. Nō rapinā. quaſi rem alienā ſibi vſurpans. Exiauit ſe. i. abiecit ſe. Formā ſui. i. hoīs dei ſuitio geniti. In ſilitudinē. q2 ⁊ ſi ver⁹ hō: nō tñ in originali pc̄to genit⁹. Habitu. i. figura

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ideſt figura: vt in greco habet. Uſq3 ad morte̅. ⁊ no̅ qua̅cunq3 mor-tem: ſed morte̅ crucis. ſ. ignominioſam. ꝑpter qđ i. ꝑpter qua̅ humi-litatem. Exaltauit illu̅. in reſurrectione ⁊ aſcenſione. Super om-ne nome̅. i. qđ ſit chriſtus deus ⁊ homo. Celeſtium. tres mu̅di par-tes complectitur celum terras: inferos.

exaltauit illu̅: & donauit illi nome̅ qđ eſt ſup oe̅ nome̅: vt in noie Ieſu oe̅ ge-nu flectatur: cœleſtiu̅ terreſtriu̅ & infer-noru̅. Et oi̅s lingua co̅fiteat᷑: quia dn̅s ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris.

Feria .ii. Lectō Eſaie ꝓphete. Cap. l.

IN dieb⁹ illis. Dixit Eſaias. Dn̅s de⁹ aperuit mihi aure̅: ego au̅t no̅ con-tradico: retrorſum no̅ abii. Corp⁹ meu̅ dedi ꝑcutientib⁹: & genas meas velle̅tib⁹. Facie̅ mea̅ non auerti ab in-crepa̅tibus & co̅ſpuetibus in me: dn̅s deus auxiliator me⁹: & ideo non ſum confuſus. Ideo poſui facie̅ meam vt pe-tram duriſſima̅: & ſcio quonia̅ non co̅-fundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me: quis co̅tradicet mihi? Stemus ſimul? Quis eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis eſt qui co̅demnet me? Ecce om-nes quaſi veſtime̅tum conterentur: ti-nea comedet eos. Quis ex vobis ti-mens deum: audiens vocem ſerui ſui? Quis ambulabit in tenebris: & non eſt lumen ei? Speret in nomine domi-ni: & innitatur ſuper dn̅m deu̅ ſuum.

Feria .ii. ſeque̅ti.

DIxit Eſaias. Dn̅s deus ape-ruit. Ex Eſa. c. l. qđ ſi-ne co̅trouerſia de chri-ſti paſſione intelligen-dum eſt: in cuius ꝑſo-na dicit ꝓpheta. Ape-ruit mihi aurem. inſi-nuando futuram paſ-ſionem. Non contra-dico. Dixit enim fiat voluntas tua. Retror-ſum non abii. ſed me querentibus obtuli. Corpus ⁊ genas: hoc ⁊ euangeliſte teſta̅tur: ſicut ⁊ que ſequuntur. Non ſum confuſus. i. paſſus a patre repul-ſam. Ut petram. ad ꝑ-petiendum duriſſima queq3. Qui iuſtificat me. ſcilicet pater q̄ eſt iuſtus quoniam vtri-uſq3 eade̅ natura. Qui co̅de̅net me. ſ. iuſte alio q̄ iniuſte co̅de̅nat⁹ eſt. Co̅terent᷑. i. luent pe-nas ſcelerꝫ i me co̅miſ-ſi. Serui ſui. i. chriſti hois. q̄ vt ait Paulus forma̅ ſerui accepit. In tenebris. ſ. ignora̅tie.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non eſt lumē ei:quaſi dicat:nullus. Speret in noīe dñi.ſ.oīs fidelis. Et innitatur:q2 in illo eſt omne fundamentū ꝛ ſtabilitas.

¶ Feria.iij.ſequenti.

Dixit Jeremias.Dñe demonſtraſti mihi.Ex Jeremia cap.xi. quod totum ad chriſti paſſionē pertinet.Et ſunt verba chriſti ſub perſona ꝓphete.

¶ Feria.iii.Lectio Ieremie prophetę.Cap.xi.

IN diebꝰ illis.Dixit Ieremias.Dñe demōſtraſti mihi:& ego cognoui:tu oñdiſti mihi ſtudia eoꝝ:& ego q̄ſi agnꝰ manſuetꝰ q portatur ad victimā:& nō cognoui:quia cogitauerunt ſup cōſilia dicētes.Mittamus lignū in panē eius:& eradamꝰ eū de terra viuētiū. Et nomē eiꝰ nō memoret̄ ap̄liꝰ. Tu aūt dñe deus ſabaoth qui iudicas iuſte:& probas renes & corda:videam vltiōem tuam ex eis. Tibi enī reuelaui cauſam meam.Dñe deus meus.

¶ Fer.iiii.Eſa.pphetę.Ca.lxii.&.lxiii

HAec dicit dñs deus.Dicite filiæ ſion. Ecce ſaluator tuus venit: Ecce merces eiꝰ cū eo:& opus illius corā illo.Et vocabunt eos pp̄lus ſctūs:redēpti a dño.Tu autem vocaberis q̄ſita ciuitas:& non derelicta.Quis eſt iſte q venit de edom tinctis veſtibꝰ de boſra.Iſte formoſus in ſtola ſua:gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ.

Studia eorum. q̄ omnia mihi reuelaſti futura. Lignū.ſubaudi venenatū puta taxum aut rhododaphnen. Tu autem dñe. ſubaudi attende orōni mee. Ultionē tuā q̄ illoꝝ ſcelera vlciſcaris.ꝛ hoc nō zelo vindicte:ſꝫ amore iuſticie.

¶ Feria.iiij.ſeqnti.

Dicite filie ſion. ex Eſaia capit. lxij.ꝛ.lxiij. Qui loci d̄ chriſto exponunt partim de eiꝰ aduētu:partim de eiuſdē paſſione. Dicite filie ſiō.i.eccl'ie hoc eſt fideliū congregationi. Uenite ꝓ venturus eſt. Merces eū eo.cuiꝰ ſcꝫ opera ſua. Uocabūt eos.ſ. angeli. Ppl'us ſctūs vocatiuus eſt. Tu autē.ſ.o eccl'ia. Ciuitas q̄ſita. quā deus q̄ſiuit.Et nō derelicta.in poteſtate demonū. Quis eſt iſte.vba ſunt angeloꝝ admirantiū chriſti aſcenſionem. De edom.ideſt idumea vbi regnauit Eſau qui cognominatus eſt edom, hoc eſt ruber. De boſra. ciuis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tate Arabie. vbi veſtes purpura inficiebantur. In ſtola ſua.i. veſte inſigni caſtitatis. hoc eſt i humanitate. Ego. chriſtꝰ reſpődet. Pro pugnator.i. defenſor eoꝝ qui me ſequũtur. Quare. verba ſunt iterũ angelorum: quibꝰ ſubditur chriſti reſponſum. Torcular calcaui: id eſt vuas torcularis per quas intelligimus paſſionis tormẽta. Non fuit vir mecũ. quia eſt ab oibꝰ derelictꝰ. Calcaui eos. hec ꝟba ad tp̃s aliđ ꝑtinent: puta ad ãtichriſtũ. Dies vltiõis. cuius meminiſſe neceſſe ẽ. Retributionis i iudicio vniuerſali. Circũſpexi. hoc ẽt ad ſupiora ꝑtinet. De antichr̃o q̃dã hec oia itelligunt: ſ; in ꝓphetiſ ſẽp ordo ꝑmutat̃ eaꝝ rerũ quas futuras aut factas predicauit.

DIxit Eſaias. Dñe q̃s credidit auditui noſtro. Ex Eſa. c. liij. qđ totũ de chr̃i paſſione exponit̃. Quis credidit. ꝓ credet qđ eſt frequẽs apđ ꝓphas. Auditui nr̃o. ꝓ ſmone quem a ſpũ ſcto audiuimꝰ. Brachiũ dñi.i. filiꝰ ꝑ quẽ pr̃ opat̃. q̃ſi dicat: paucis. Et aſcẽdet.i. naſcet̃ Corã eo.ſ. pr̃e. Quaſi ꝟgultũ.i. frutex. De terra ſitiẽti.i. de ꝟgine impolluta. Species.

Ego qui loquor iuſticiam: & propugnator ſum ad ſaluãdũ. Quare ergo rubrum eſt indumẽtũ tuum: & veſtimenta tua ſicut calcantiũ in torculari? Torcular calcaui ſolus: & de gentibus non eſt vir mecũ. Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorũ ſuper veſtimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meæ venit. Circũſpexi & non erat auxiliator: quæſiui & nõ fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachiũ meũ: & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et cõculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos in indignatiõe mea: & detraxi in terrã virtutẽ eorũ. Miſerationũ domini recordabor. laudem domini ſuper omnibꝰ quæ reddidit nobis Dominus deus noſter.

¶ Lectio Eſaiæ ꝓphetę. Cap. liij.

IN diebꝰ illis. Dixit Eſaias. Dñe q̃s credidit auditui nr̃o: & brachium dñi cui reuelatũ eſt. Et aſcẽdit ſicut virgultũ coram eo: & ſicut radix de terra ſitiẽti. Et non eſt ſpecies ei neq; decor. Et vidimus eũ: & nõ erat aſpectus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& deſiderauimus eū deſpectū & nouiſſimū virorū: virum dolorū & ſcientem infirmitatē. Et quaſi abſcōditus vultus eius & deſpectus. vnde neq; reputauimus eū. Vere languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimꝰ eū quaſi leproſum: & percuſſum a deo: & humiliatū. Ipſe aūt vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eū: & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimꝰ: vnuſquiſq; in viā ſuam declinauit: & dominus poſuit in eo iniquitatem omniū noſtrum. Oblatus eſt quia ipſe voluit: & non aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ducetur: & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet: & non aperiet os ſuū. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Generationē illius quis enarrabit? Quia abſciſus eſt de terra viuētium. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et dabit impios ꝓ ſepultura: & diuites pro morte ſua: eo ꝙ iniquitatē non fecerit: nec dolus fuerit ī ore eiꝰ: & dñs voluit cōterere eū in īfirmitate. Si poſuerit ꝓ peccato aīam ſuā: videbit ſemē longeuum: & voluntas dñi in manu eius dirigetur. pro eo quod tradidit in mortē animam ſuā: & cū ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorū tulit: & ꝓ trāſgreſſoribus rogauit vt nō periret.

cū illuderet a iudeis. Et deſiderauimꝰ. hoc fecerūt patriarche & ꝓphete. Quaſi abſcōditus. ꝑ pudore. Nec reputauimꝰ. ſ. ſaluatorē: ſʒ erat reuera. Quaſi leproſum. cū nō eſſet. Pacis nr̃e. recōciliationis cū deo. Cuiꝰ liuore. i. ſāguine decolori. Iniq̄tatē oīm. vt vnꝰ ꝓ oībus ſatiſfaceret. Oblatꝰ eſt. i. ad paſſionē venit. De āguſtiis. ſ. mortiſ ꝑ reſurrectionē. Et de iudicio. q̄ oēs deſcēdebāt ad īferos. Generationē eiꝰ: ſcʒ diuinā. q: ſi legeret q̄re ſenſus eſſet manifeſtꝰ. nā dixit ineffabilē eiꝰ gn̄ationē: ſed ait mortuus? reſpōdet ꝓpter ſcelꝰ &c. Percuſſi eū. ideſt percuti permiſi. Et dabit impios. mortis autores: qđ factū eſt hieroſolymis a Tito euerſis. Si poſuerit animam. ſed ponet igit videbit. Semen longeuū. i. chriſtianiſſimū longe lateq; patentē & vſq; in ſeculi finē permanentē. Voluntas dñi per illū fiet.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Feria quinta in cena domini.

FRatres cōuenientibus vobis. Ex .j. Pauli epiſtola ad Corinthios cap. xj. Corinthios paulus inſtituit circa corporis christi cōmunionis vſum. Cōueniētibus in vnū. ad ſacramēti eucharistie participationē. Nō eſt. i. nō ꝯtingit vobis. Dñicā cenā. q2 ordinē ꝑturbatis. Preſumit. ideſt ante ſumit. ſ. quā veniat ad cōmunionē. Ebrius ē. ex vino qđ ꝯſumpſit. Domos nō habetis. in greco non particula nō habet. q̄ſi dicat: nō licet vobis facere ante cōionē. Cōtemnitis. nō veniētes cū aliis. Cōfunditis. in eoꝝ confuſionē hoc faciētes. Laudo vos. ſubaudi ī aliis. A domino. q̄ mihi hoc reuelauit. Tradebat. a iuda proditore. Fregit. poſt verba cōſecrationis. Similiter calicē. ideſt vinum in calice. Nouū teſtamētum. quēadmodū vet9 ī ſanguine agni: ita et nouum in ſanguine chrī. Annūciabitis. ipſam recolēdo ꝛ memorando. Donec veniat. in fine ſeculi ad iudicandū. oſtēſa deinde tanti ſacramēti inſtitutione: demōſtrat qualiter ſit ſumendū. Indigne. i.

Dicit dominus omnipotens.

¶ Feria. v. in cœna dñi. Ad Corinthios. i. Capitulo. xi.

FRatres. Conueniētibus ergo vobis in vnū: iam non eſt dñicam cœnam māducare. Vnuſquiſq3 enim ſuā cœnā preſumit ad manducādum. Et alius quidē eſurit: alius autem ebrius eſt. Nunqd domos nō habetis ad manducandū & bibendū? Aut eccleſiam dei cōtemnitis: & confunditis eos qui nō habent? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego eñi accepi a dño quod & tradidi vobis: quoniā dominus ieſus ī qua nocte tradebatur: accepit panem: & grãs agēs fregit/ & dixit. Accipite: & manducate. Hoc eſt corpus meū: quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem: poſtquā cœnauit: dicens. Hic calix nouum teſtamentū eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotienſcunq3 biberitis in meā cōmemoratione. Quotiēſcunq3 eñi māducabitis panē hūc: & calicē bibetis: mortē dñi annunciabitis donec veniat. Itaq3 quicūq3 māducauerit panē hunc: & biberit calicē dñi indigne

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non obſeruatis q̄ ſunt obſeruanda. Reus erit. accuſandus veniet. Probet ſe. ideſt conſcientiā ſuam examinet. Non diiudicans: id eſt diſcernens hūc cibum ſpiritalē ab alijs. Ideo. ideſt ex hac cauſa qđ indigne accipiūt. Dormiunt. obeūt. iudicaremur. ſcilicet a domino per talem modum. Dum iudicamur. ideſt a dn̄o ſic caſtigamur. Damnemur. ſcilicet eternaliter.

reus erit corporis & ſāguinis dn̄i. Probet aūt ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui em̄ mā ducat & bibit īdigne: iudiciū ſibi mā ducat/ & bibit: non diiudicans corpus dn̄i. Ideo inter vos multi īfirmi & imbecilles: & dormiūt multi. Qđ ſi noſmetipſos diiudicarem⁹: nō vtiq̄ iudicaremur. Dū iudicamur aūt: a dn̄o corripimur: vt nō cū hoc mūdo dānemur.

¶ Feria. vi. in paraſceue. Lectio Oſee. Capitulo. vi.

HAec dicit dn̄s. In tribulatione ſua mane cōſurgent ad me. Venite & reuertamur ad dominū: q̄a ipſe cœpit & ſanabit nos: pcutiet & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: & ī die tertio ſuſcitabit nos: & viuem⁹ in cōſpectu eius: ſciem⁹: ſequemurq̄: vt cognoſcamus dominum. Quaſi diluculū p̄paratus eſt egreſſus eius: & venit quaſi imber nobis tēporaneus & ſerotinus terrę. Quid faciā tibi

¶ Feria ſexta ſequenti.

IN tribulatione ſua. Ex Oſee p̄pheta cap. vj. in quo p̄pheta demōſtrat miſerationem diuinam & imprimis quibus hec miſericordia conceditur. Dicit igitur ī tribulatiōe ſua: ideſt peccatorum penitentia. Mane quod fuit ſub Joāne baptiſta q̄ preceſſit chriſtum vt lucifer ſolē. Venite. verba ſunt p̄perantium ad baptiſma Joānis. Cepit. in captiuitatē duxit. Percuſſit. idē dicit ſed alijs verbis. Poſt duos dies. quibus fuit chriſtus in ſepulchro. Suſcitabit nos. quia illius reſurrectio fuit cauſa noſtre: vt ait Paulus. Quaſi diluculum. quia eſt lux vera et ſol iuſticie. Imber temporaneus. ideſt opportunus ad terre fertilitatem. Serotinus. ideoq̄ magis deſideratus. Quid faciam. dicis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quib⁹ miſericordia denegat. Ephraim ⁊ iuda. duas trib⁹ alloquit.
Nubes matutina. q̄ diſſoluit ⁊ diſſipat a ſole ſine vtilitate. Dolaui in ꝓphetis. i. ꝑ ꝓphetas vos correxi. Et occidi eos. i. a vobis oc=
cidi permiſi cū predicarent verba mea. Et iudicia tua. ꝑ q̄ punie=
ris. Quaſi lux. q꞉ manifeſta erunt. Miſericordiam volui. ſubaudi
a te. Et ſciētiam dei.
idest cognitionē. vos
autem non cognoui=
ſtis aut cognoſcere vo
luiſtis.

D Ixit dominus
ad Moſen et
Aaron. Ex libro Ex=
odi capitul. xij. In
quo agitur de celebra
tione agni paſchalis
qui preſignabat chri=
ſti paſſionem. Men=
ſis iſte. idest luna pro
xima equinoctio ver=
no que fere contingit
in menſe Martio.

Primus erit. quod
iudei adhuc obſeruāt
per intercalationes.

Unuſquiſq;. ſcilicet
paterfamilias. Tol
lat agnum. qui pote=
rat eſſe quoq; hedus/
vt paulopoſt dicturus
eſt. Tolletis et he=
dū. non qd̉ vtrūq; de=
berēt ſacrificare: ſ꞉ al=
terutrū. Ad veſperā.
poſt occaſum ſolis ei⁹
dici. Utrūq; poſtē. i.
vtrūq; oſtium ſiue ia=

ephraim: quid faciam tibi iuda? Miſe
ricordia veſtra quaſi nubes matutina:
& quaſi ros mane ꝑtranſiens. Propter
hoc dolaui in prophetis: & occidi eos
in verbis oris mei: & iudicia tua quaſi
lux egredietur. Quia miſericordiam
volui & non ſacrificiū: & ſcientiam dei
pluſq; holocauſtum.

¶ Exodi. Capitulo. xii.

IN dieb⁹ illis. Dixit dn̄s ad Moſen
& Aaron in terra ęgypti. Mēſis iſte
vobis eſt principiū menſiū: prim⁹
erit in mēſibus anni. Loq̄mini ad vni
uerſum cætū filiorū iſrael: & dicite eis.
Decima die mēſis hui⁹: tollat vnuſq̄ſq;
agnū ꝑ familias & domos ſuas. Sin aūt
minor eſt numer⁹ vt ſufficere poſſit ad
veſcendū agnū: aſſumat vicinū ſuū q̄
cōiunctus eſt domui ſuę: iuxta nume=
rum animarum: quæ ſufficere poſſint
ad eſum agni. Erit aūt agn⁹ abſq; ma=
cula: maſculus anniculus. Iuxta quem
ritum tolletis & hedum: & ſeruabitis
eum vſq; ad quartādecimā diem men
ſis huius. Immolabitq; eum vniuerſa
multitudo filiorū iſrael ad veſperam:
& ſument de ſanguine eius: ac ponent
ſuper vtrunq; poſtem: & in ſuperlimi=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nuam. Azymos panes.i.ſine fermēto. Lactucis aggreſtibus.ideſt amaritudinib⁹: vt eſt in hebreo. Coctum aqua.i.elixū. Accingetis. quaſi expediti ad fugā: hoc eſt p̄cincti & cū baculis: qđ eſt viatorum. Eſt enim phaſe. quod ſequitur trāſitus dn̄i ab interprete adiectum eſt. Et nota q̄ hic phaſe nō ponit̄ ꝓprie ſed ꝑ alluſionē ad trāſitum angeli pcutiētis p̄mogenita egyptiorum.

naribus domorū: in quib⁹ comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: & azymos panes cū lactucis agreſtibus. Nō comedetis ex eo crudū quid/nec coctum aqua: ſed aſſum tātū igni. Caput cū pedibus eius & inteſtinis vorabitis: nec remanebit quicq̄ ex eo vſq; mane. Si quid reſiduum fuerit: igne cōburetis. Sic autē comedetis illum. Renes veſtros accingetis: & calciamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus: & comedetis feſtinanter. Eſt enim phaſe. ideſt tranſitus domini.

❡ Sabbato ſancto paſchæ.
Geneſis. Capitulo.i.

IN principio creauit de⁹ cœlum & terrā. Terra autem erat inanis & vacua: & tenebrę erāt ſuper faciē abyſſi: & ſpirit⁹ dn̄i ferebatur ſuper aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucem q̄ eſſet bona: & diuiſit lucem a tenebris. Appellauitq; lucem diem: & tenebras noctem. Factū q; eſt veſpere: & mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamētum in medio aquarū: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum. Diuiſitq;

❡ Sabbato ſequēti.

IN principio creauit deus. Ex Geneſis libro cap.j. In q̄ agit̄ de creatione mūdi: qđ ptinet ad primū articulū fidei: in q̄ potiſſimū inſtituebantur eo die cathecumini: cū preſertim illis tp̄orib⁹ eſſet manicheoꝝ ſecta frequēs: q̄ dicebāt hec viſibilia: nō a deo: ſed a demone fuiſſe creata: & q2 lectio quod ad contextum attinet eſt plena: nō tangam niſi quoſdam locos ambiguos. Inanis et vacua: ideſt nō ornata vt nūc eſt. Ferebat̄ ſuꝑ aquas. in hebreo volitabat: in chaldeo īſufflabat. Hieronym⁹ in hebraicis queſtionib⁹ incubabat aquis: ſiue fouebat aquas. Fiat lux. in hebreo ſit lux. Dies vn⁹. ideſt p̄m⁹ oim dieꝝ. Aquas ab



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aquis.i. celum cryſtal
linum ab inferioribus
elementis: vnde in cā
tico. aque oēs q̄ ſuper
celos ſunt. Cuius ſe-
mē. ſicut nuclei in po-
mis ⁊ grana in ſiliqs
⁊ ſpicis: vnde poſſint
reſeminari. Eas in fir
mamento.i. in octaua
ſphera. Reptile id eſt
aquatilia q̄ potius re-
ptant quā gradiātur.
Cete grādia. puta ba
lenas. orcas phyſete-
ras. Omne volatile.
etiam aues ex aqua ꝓ
duxit. Maſculum et
feminā. Hinc forte pla
to in ſympoſio accepit
quod homo in vtroqꝫ
ſexu eſt creatus primū
deinde ſectus in vtrū-
qꝫ ſexum. et adhuc ſe-
cabilis: quoniam om-
nia mēbra habet du-
plicia.

aquas quę erāt ſub firmamēto ab his
quæ erant ſuper firmamentum. Et fa-
ctum eſt veſpere: & mane dies ſecūdus.
Dixit vero deus. Cōgregentur aquæ
q̄ ſub cœlo ſunt in locū vnū: & appa-
reat arida. Factumqꝫ eſt ita. Et vocauit
deus aridā terrā: cōgregatiōeſqꝫ aqua-
rum appellauit maria. Et vidit deus ꝙ
eſſet bonū & ait. Germinet terra her-
bā virentē: & facientē ſemen: & lignū
pomiferꝝ faciēs fructū iuxta genꝰ ſuū:
cuiꝰ ſemē in ſemetipſo ſit ſup terrā. Et
factū eſt ita. Et ꝓtulit terra herbā viren
tē: & afferentē ſemen iuxta genꝰ ſuū:
lignūqꝫ faciēs fructū: & hñs vnūqdqꝫ
ſementē ſcđm ſpeciē ſuā. Et vidit deus
ꝙ eſſet bonū: factūqꝫ eſt veſpe: & ma-
ne dies tertiꝰ. Dixit aūt deꝰ. Fiāt lumīa
ria in firmamēto cœli: et diuidāt diē ac
noctē: et ſint in ſigna: et tpa: et dies: et
ānos: vt luceāt ī firmamento cœli: et il
luminent terrā. Et factū eſt ita. Fecitqꝫ
deꝰ duo magna lumīaria: lumīare ma
ius: vt p̄eſſet diei: et lumīare minꝰ vt p̄-
eſſet nocti: et ſtellas. Et poſuit eas in fir
mamento cœli: vt lucerent ſup terram: et preeſſent diei ac
nocti: et diuiderent lucem a tenebris. Et vidit deus ꝙ eſſet
bonum. Factumqꝫ eſt veſpere: et mane dies quartus. Dixit
etiam deus. Producant aquæ reptile animæ viuentis: et vo
latile ſuper terram ſub firmamento cœli. Creauitqꝫ deus
cete grandia et omnem animam viuentem atqꝫ motabi-
lem quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas: et omne vo-
latile ſecundum genus ſuum. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

benedixitq; eis: dicens. Creſcite & multiplicamini: & replete aquas maris: aueſq; multiplicent ſuper terram. Et factum eſt veſpere: & mane dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra animam viuentem in genere ſuo iumenta & reptilia: & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit deus beſtias terræ: iuxta ſpecies ſuas: & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit deus q; eſſet bonum: & ait. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris: & volatilibus cœli: & beſtiis vniuerſæ terræ: omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: ad imaginem dei creauit illum: maſculum & fœminam creauit eos. Benedixitq; illis deus: & ait. Creſcite & multiplicamini: & replete terram/ & ſubiicite eam: & dominamini piſcibus maris: & volatilibus cœli: & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. Dixitq; deus. Ecce vobis dedi omnem herbam afferētem ſemen ſuper terram: & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui/ vt ſint vobis in eſcam: & cunctis animantibus terræ: omniq; volucri cœli & vniuerſis quæ mouentur in terra: & in quibus eſt anima viuens: vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditq; deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere: & mane dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cœli & terra: & omnis ornatus eorum. Compleuitq; deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

Omnis ornat⁹ eorum. celi/ ſtelle/ ſol/ et luna. Terre arborum et animalium.

¶ Lectio Exodi.
Capitulo. xiiii.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Factū eſt in vigilia. Ex lib. Exodi. c. xiiij. In q̄ poſteaq̄ dixit pfectionē hebreoꝝ ex egypto: ⁊ maris rubri diuiſionē: et egyptioꝝ īſequētiū ardorē: nūc q̄d de9 fecerit in hoſtib9 pdēdis. In vigilia matutina. quia nox in q̄ttuor vigilias diuidebat. Per colūnā ignis ⁊ nubis. in q̄b9 hebreos p̄cedebat.

Exercitū. hoc eſt magnā ptē exercit9. Egyptiū. q̄ non erāt occiſi.

Ad egyptios. i. ꝯ egyptios. Nō ĩ vo q̄dā dicūt mare diuiſū p duodecim meat9 ⁊ vnāquā q; tribuū ſuum iter arripuiſſe: ego neſcio vnde hoc acceperint.

Apprehendet ſeptē mlieres. Ex Eſaia pph̄a. c. iiii. In quo poſteaq̄ pph̄eta p̄dixit vaſtationem et mala peruētura: nunc quid inde ſequat̄ oſtēdit: dicens quod viris bello interemptis.

Septē mulieres ⁊c. cōſueuerūt hebrei numerum ſeptenarium pro pluribus ponere.

IN dieb9 illis. Factum eſt in vigilia matutina: & ecce reſpiciens dñs ſup caſtra ægyptiorum p columnam ignis & nubis: interfecit exercitum eorum: & ſubuertit rotas curruū: ferebāturq; in pfundum. Dixerūt ergo ęgyptii. Fugiam9 iſraelē: dñs eñi pugnat p eis cōtra nos. Et ait dñs ad Moyſen. Extēde manum tuā ſup mare: & reuertant̄ aquę ad ægyptios ſup curr9 & equites eoꝝ. Cunq; extēdiſſet Moyſes manum cōtra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorē locum. Fugiētibuſq; ægyptiis occurrerunt aquæ: & inuoluit eos dñs in mediis fluctibus. Reuerſæq; ſunt aquę: & operuerunt curr9: & equites cūcti exercitus Pharaonis: qui ſequētes ingreſſi fuerāt mare: nec vnus quidem ſupfluit ex eis. Filii autē iſrael perrexerunt p mediū ſicci maris: & aq̄ eis erant q̄ſi p muro a dextris & a ſiniſtris. Liberauitq; dñs ī die illa iſrael de manu ægyptiorum: & viderunt ægyptios mortuos ſup litus maris: & manum magnā quam exercuerat dñs cōtra eos. Timuit populus dñm: & crediderunt domino & Moſi ſeruo eius. Tunc cecinit Moſes & filii iſrael carmen hoc domino: & dixerunt.

Lectio Eſaiæ prophetę.
Capitulo. iiii.

IN dieb9 illis. Apph̄ēdēt ſeptē mulieres virū vnum in die illa: dicētes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Panem noſtrum.ideſt nr̄is manibus acquiſitū/⁊ ſic de veſtibus; Nomen tuū.ſcʒ qđ dicamur vxores tue. Opprobrium noſtrū.ſterilitatis ſcʒ aut viduitatis. In die illa.ſcilicet tempore legis gratie. Germen dn̄i.i.chriſtus dei filius. Fructus terre.ideſt v̄ginis chriſti matris. Qui ſaluati ſunt.ideſt crediderunt ex iudeis. In ſion. ideſt in eccleſia. In vita. ideſt in libro vite:in quo ſancti cōſcripti ſunt. Si abluerit. immo quia abluet. ſic enim in pluribus locis ſi reperitur. Filiarum ſion. ideſt eccleſie. Iudicij et ardoris. ideſt iuſticie et amoris: nam propter hec duo chriſtus pro nobis paſſus eſt. Et creauit dominus. ad bonorum conſolationem ⁊ protectionē: procreabit. Nubem. ſcilicet in vmbrā que ꝓtegat ab eſtu. Per diem quemadmoduʒ filios iſrael precedebat per diem ī columna nubis et fumi: et per noctem ī flamma ignis: ad que hoc in loco alludit. Hec ē hereditas. Ex eodē Eſaia cap.liiij.in calce capitis: quod iungitur cū principio capitis. lv. quod iam expoſitum

Panē noſtrum comedem⁹: & veſtimētis nr̄is operiemur: tm̄modo inuocetur nomen tuū ſup nos: aufer opprobriū nr̄m. In die illa erit germē dn̄i in magnificētia & glr̄ia: fruct⁹ terrę ſublimis: et exultatio his q ſaluati ſunt de iſrl̄. Et erit oīs qui relict⁹ fuerit ī ſiō & reſidu⁹ in hieruſalē ſanct⁹ vocabit̄ oīs q ſcriptus eſt ī vita ī hierl̄m. Si abluerit dn̄s ſordē filiaꝝ ſiō: & ſanguinē hieruſalē lauerit de medio ei⁹: in ſpiritu iudicii & ſpū ardoris. Et creabit dn̄s ſup omnē locū mōtis ſiō: & vbi īuocat⁹ eſt nubē per diē & fumum & ſplēdorē ignis flāmātis in nocte. Sup oēm enim gloriā ꝓtectio & tabernaculū erit in vmbraculum diei ab ęſtu: & ī ſecuritatē & abſconſionem a turbine & a pluuia.

Lectio Eſaię ꝓphetę. Cap. lv.

HAec eſt hereditas ſeruorū dn̄i: et iuſticia eorum apud me dicit dn̄s. Oēs ſitientes venite ad aq̄s: et qui nō habetis argētū ꝓperate emite & comedite. Venite emite abſq; argēto: & abſq; vlla cōmutatiōe vinum et lac. Quare appēditis argentum nō in panibus: & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audiētes me; & co-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt ſupra feria ſexta dominice quarte in quadrageſima. Pete illic expoſitionem cum lectione.

medite bonum: & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram & venite ad me: audite & viuet anima veſtra. Et feriam vobiſcum pactum ſempiternum: miſericordias Dauid fideles. Ecce teſtē populis dedi eum: ducem ac præceptorem gētibus. Ecce gētem quam neſciebas vocabis: & gentes q̄ nō cognouerunt te ad te currēt ꝓpter dn̄m deū tuū: & ſanctū iſrael quia glorificauit te. Quærite dominū dum inueniri poteſt: inuocate eū dum prope eſt. Derelinquat impius viā ſuam: & vir iniquus cogitatiōes ſuas: & reuertatur ad dn̄m & miſerebit̄ eius: & ad deū noſtrū quoniā multus eſt ad ignoſcendū. Non eī̄ cogitationes meæ cogitationes veſtræ: neq; viæ veſtræ viæ meę: dicit dn̄s. Quia ſicut exaltant̄ cœli a terra: ſic exaltatæ ſunt vię meę a viis veſtris: & cogitationes meæ a cogitationibus vr̄is. Et qūomodo deſcēdit imber: & nix de cœlo: & illuc vltra nō reuertet̄: ſed inebriat terrā/ & infundit eā: & germinare eā facit: & dat ſemē ſerenti: & panē comedēti: ſic erit verbum meū qđ egrediet̄ de ore meo. Nō reuertet̄ ad me vacuū: ſed faciet q̄cūq; volui: & ꝓſperabit̄ ī his ad q̄ miſi illud. Dicit dn̄us oīpotens.

Ad Coloſſenſes. Capitulo.iii.

Fratres. Si ꝯſurrexiſtis cū chr̄o. Ex ep̄la pauli ad Coloſſen. c.iij. in q̄ poſtea q̄ illos in fidei veritate inſtituit: nunc hortat̄ illos ad bona ſpiritualia optāda. Conſurrexiſtis. ꝑ fidē & charitatē. Que ſurſū ſūt. ideſt celeſtia. Ubi. ſ. i celo. Mortui eſtis. i. chr̄o ī baptiſmate ꝯſepulti. Abſcōdita. q; mortui mūdo: viui aūt deo. Cū apparuerit ī iudicio finali. Uita vr̄a. i. ꝑ quā viuitis. Apparebitis cū ipo. eiuſdē glorie

Fratres. Si conſurrexiſtis cū chriſto: quę ſurſum ſunt querite: vbi eſt chriſtus in dextera dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſuper terrā. Mortui enim eſtis: & vita veſtra abſcondita eſt cū chr̄o in deo. Cū enim chriſtꝰ apparuerit vita veſtra: tūc & vos apparebitis cū ipſo in gloria.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

participes.

¶Dominica in reſurrectione.

FRatres.Expurgate vetus fermẽtũ.Ex ep̃la Pauli ad Corinthios.j.c.v. q̃ꝛ i fine p̃cedẽtis lectionis dixit ap̃lus cauẽdũ eſſe ab inani gloria.q̃ꝛ modicũ fermentũ totã maſſam corrũpit: ſic parua ſcintilla magnũ excitat ignẽ:nũc infert igit̃ fratres expurgate ꝛc. hoc eſt non reſideat in vobis aliq̃s fomes veteris pc̃ti. Noua conſperſio.i. maſſa ſiue mixtura. Sicut eſtis azymi.i. p baptiſmũ a pecc̃o veteri mũdati.ꝛ alludit ad panes azymos quib⁹ in paſcha veſcebãtur. Paſcha noſtrum.quod ſignabatur per agnũ: ſicut per azymos panes puritas noſtre cõſciẽtie. Igitur ad has epulas apoſtolus Corinthios hortatur expulſis veteribus peccatis.

## ¶Dominica in reſurrectiõe. Ad Corinthios.i. Capitulo.v.

FRatres.Expurgate vetus fermẽtum vt ſitis noua cõſperſio: ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt chriſt⁹.Itaq; epulemur. Non in fermẽto veteri: neq; in fermẽto malicię & nequitiæ:ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.

## ¶Feria ſecũda. Actuum.Cap.x.

IN dieb⁹ illis.Stans Petrus ĩ medio plebis:dixit. Viri fratres vos ſcitis q̃ factũ eſt verbum per vniuerſam iudæã.Incipiẽs em̃ a Galilæa poſt baptiſmũ quod p̃dicauit ioãnes Ieſum a nazareth:quomodo vnxit eũ de⁹ ſpiritu ſancto & virtute: q pertranſiit benefaciendo & ſanando oẽs oppreſſos a diabolo:qm̃ de⁹ erat cũ illo.Et nos teſtes ſumus oĩum quæ fecit in regione

¶Feria ſecunda ſequenti.

IN diebus illis. Stans Petrus in medio.Ex Actibus apoſtolorum.cap.x.in quo petrus accerſitus a Cornelio centurione et rogatus ab illo et alijs compluribus: vt de chriſti religione illos doceret: inter cetera hec dicit. Vos ſcitis ꝛ cetera. Verbum.ſcilicet predicationis euangelice. Incipiens enim.ſcilicet verbum. A galilea. vnde incepit predicare poſteaquam baptizatus eſt chriſtus. nam ſantea non predicauit. Ieſum a nazareth. ↄſtructio inuſitata idiomati latino. quomodo ſunt ſpũ ſc̃o vnxit eũ ieſũ.ſic in pſal.cui⁹ participatio ei⁹. Pertrãſijt.ſ.per oẽm iudeã. Teſtes ſum⁹.q̃ꝛ omnib⁹ interfuimus.

non omni populo.qꝛ ea q̄ transcēdūt naturā deus reuelat pꝛimo ſuꝰ perioꝛibꝰ oꝛdinibus:⁊ per illos inferioꝛibꝰ. Nobis.ſcꝫ teſtibus. quiꝰ bus dixit:⁊ eritis mihi teſtes in hieruſalē ⁊ iudea. Iudex viuoꝝ. qꝛ pater oē iudiciū dedit filio.Ioānis.c.v. Oēs pꝛophete.i.non ſolum nos ſumus teſtes.

¶ Feria tertia ſequenti.

iudeorum & hieruſalē:quē occiderunt ſuſpēdētes in ligno. Hunc deꝰ ſuſcita⸗ uit tertia die: et dedit eū manifeſtū fieri nō omni pp'lo:ſed teſtibꝰ p̄ordinatis a deo:nobiſq mādLucauimꝰet bibimꝰcū illo:poſtq̄ꝫ reſurrexit a mortuis.Et p̄ce pit nobis p̄dicare pp'lo:et teſtificari q̄a ipſe eſt q cōſtitutꝰē a deo iudex viuorū et mortuoꝝ.Huic oēs pphetę teſtimo niū phibēt:remiſſionē pctoꝝ accipe⸗ re p nomē eiꝰ:oēs qui credunt in eum.

¶ Feria.iii.Actuū Apl'oꝝ. Cap.xiii.

IN diebus illis. Surgēs Paulꝰ et ma nu ſilentium indicēs ait. Viri fratres filii generis Abraā: et qui in vobis timent deū. vobis verbum ſalutis hu⸗ ius miſſum eſt.Qui enim habitabant hieruſalē:et principes eius hunc igno⸗ rantes:et voces prophetarum quę per omne ſabbatum leguntur:iudicantes impleuerunt.Et nullam cauſam mor⸗ tis inuenientes in eo:petierūt Pilato vt interficerent eum.Cumq̄ꝫ cōſumaſſent omnia q̄ de eo ſcripta ſunt: deponētes eū de ligno: poſuerūt in monumento.

SVrgēs paulus ⁊ manu.Ex actibꝰ apoſtoloꝛum.c. xiii.in quo narratur quomo do Paulus ap'ls ve⸗ nit Antiochiā cogno⸗ mine piſidie: ad diffe⸗ rentiā antiochie ma⸗ gne.vbi rogatꝰa pꝛin⸗ cipibus ſynagoge hūc habet ſermonē. Ma⸗ nu. ſic enim fieri con⸗ ſueuit.vt Perſiꝰ. Fert animus calide feciſſe ſilentia rixe maieſtate manus. Vobis:ſcꝫ q̄ eſtis ex genere Abꝛaā chꝛiſto pꝛedicante qđ miſſus eſt ad oues q̄ perierunt domꝰiſrael.

Verbum ſalutis: id eſt chꝛiſtus ſaluatoꝛ.

Qui habitabant.i. plebs. Et pꝛincipes. ideſt maioꝛes. Igno rantes.qꝛ ſi dominū gloꝛie cognouiſſent: nunquā crucifixiſſent illum. Voces prophe tarum:ſcilicet ignoꝛan tes. Impleuerunt.ſcilicet omnia que ſunt de illa ſcripta. Cum conſumaſſent.ſcilicet mali ex iudeis. Deponentes.ſcilicet boni.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Suſcitauit eū.i.xp̄m hoīem. Per dies multos.ſ.p quadraginta. Ad plebē.i.apud multitudinē. Et nos.autoritate ſcripture p̄bat repromiſſionē abrae factā in filijs illoꝝ eſſe cōpletā per chriſtū ieſum.

Feria quarta ſequenti.

Aperiēs Petrꝰ os ſuū. Ex actibus aploꝝ cap.iij. Sed hec verba q̄ preponuntur: ſcilicet viri iſraelite ꝛ qui timetis deū audite. aliunde ſumpta ſunt ꝛ cōcinnatore diuini officij adiecta. Verba aūt Petri hec ſunt. Deus Abraā.ꝛc. quibus verbis Petrꝰ vtitur ad populū ſtupētem ob miraculū illō quod claudum ambulare fecit: dicitq; nō in virtute propria id feciſſet: ſed in nomine ieſu chriſti illius quē cruci fixerant. Illo iudicante dimitti.i. dimittēdū eſſe. id enim Pilatus cenſebat. Virū homicidam. ſcilicet barrabbam ſeditioſum illum atq; p̄inde homicidā. Deus per omnipotētiam ſuam ſuſcitauit chriſtum qua hō erat. Hunc quem videtis. ſcilicet claudum. Nomen eius ſcilicet chriſti. Confirmauit. ideſt in pedes ſuos ſtabiliuit. Sed nunc quid aliud reſtat: niſi vt penitentiam agatis.

Deus vero ſuſcitauit eū a mortuis tertia die: qui viſus eſt per dies multos his qui ſimul aſcēderant cū eo de Galilęa in ieruſalē: qui vſq; nūc ſunt teſtes eius ad plebē. et nos vobis annūciamus eā quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hāc deus adimpleuit filiis veſtris reſuſcitans Ieſum chriſtū dominum noſtrum.

Feria.iiii. Actū aplorū. Cap.iii.

In diebꝰ illis. Aperiēs Petrꝰ os ſuū dixit. Viri iſraelitę: & qui timetis deū audite. Deus abraā: & deꝰ Iſaac: & deꝰ Iacob: deꝰ patrū nr̄orū glr̄ificauit filiū ſuū ieſum: quē vos quidē tradidiſtis & negaſtis ante faciē Pilati: iudicāte illo dimitti. Vos aūt ſanctū & iuſtū negaſtis: & petiſtis virū homicidā donari vobis. autorē xo vitę īterfeciſtis. quē deꝰ ſuſcitauit a mortuis: cuiꝰ nos teſtes ſumꝰ. & nūc frēs ſcio q̄ p ignorātiā feciſtis: ſicut & pricipes vr̄i. Deꝰ autē qui prænūciauit p os oīm pphetarū pati xp̄m ſuū: ipleuit ſic. Pœnitemini igit & cōuertimini: vt deleātur vr̄a pcta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Feria quinta ſequenti.

Angelus dñi. Ex actibus Apoſtoloꝝ. cap. viij. In quo poſtea͂ quã poſuit prędicationẽ Philippi apoſtoli in Samaria: nunc deſcribit quomodo eunuchũ ethiopẽ baptizauit. Angel⁹ dñi. miſſus a deo. Contra meridianũ. quia Gaza meridionalis eſt ad hieroſolymã: vnde Philippus profecturus erat. Hec eſt deſerta. i. non Gazam que illo tẽpore extabat erat Paleſtine iudeę emporiũ nobile. nã alia fuit Gaza vetus: de qua in Geneſi ꝛ iudicũ libro: ꝛ in ꝓphetis q̃ fuit euerſa: de qua hoc in loco. Candacis reginę: huius meminit. Strabo vbi de ethiopia: dicitq; habuiſſe filiũ luſcum. Legens Eſaiã. ex quo videbatur hic iam didiciſſe litteras hebraicas: atq; inde cognouiſſe xp̃m venturũ. Ad currũ. quo vehitur eunuchus. Tanquam ouis. quod eſt i Eſaia cap. liij. qui locus nimiꝝ de chriſto intelligitur. Obmuteſcet. quia malum pro malo non reddidit. In humilitate quia per mortem abiectiſſimã peruenit ad hoc vt daretur ſibi ius et poteſtas: quia pater omne iudicium dedit filio. Generationem eius. aut de generatione illius

¶ Feria. v. Actuũ Ap̃lorũ. Cap. viij.

IN diebus illis. Angelus dñi locut⁹ eſt ad Philippũ: dicẽs. Surge & vade contra meridianũ ad viã quę deſcẽdit ab ieruſalẽ in Gazam: hęc eſt deſerta. & ſurgẽs abiit. & ecce vir ęthiops eunuchus potẽs Cãdacis reginę ęthiopum: qui erat ſuper oẽs gazas eius: venerat adorare in ieruſalẽ. & reuertabat ſedens ſuper currũ ſuũ: legẽſq; Eſaiam prophetam. Dixit autem ſpiritus Philippo. Accede & adiunge te ad currũ iſtum. Accurrens autem Philipp⁹: audiuit illum legentem Eſaiam prophetam. & dixit. Putaſne intelligis quę legis? Qui ait. & quomodo poſſum intelligere: niſi aliquis oſtenderit mihi? Rogauitq; Philippũ vt aſcenderet: & ſederet ſecum. Locus autem ſcripturę quam legebat erat hic. Tãquam ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agn⁹ coram tondente ſe ſine voce: ſic nõ aperuit os ſuũ. In humilitate iudicium ei⁹ ſublatum eſt. Generationem eius quis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eterna: qua proceſſit ex patre loquitur: aut quod multos chriſticolas creabit. Tolletur de terra. quia niſi granū frumenti mortuum fuerit: ipſum ſolum manet Joannis. xij. De aliquo alio. ſputa de meſſia in lege promiſſo. ꝛ tūc Philippus arripiēs occaſionē cepit illum docere. Rapuit Philippum: ex quo patuit eunucho fuiſſe miſſum a deo: ideo ſubdit quod

enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Reſpondens autē eunuchus: Philippo dixit. Obſecro te: de quo ꝑpheta dicit hoc: de ſe: aut de alio aliquo. Aperiens autem Philippus os ſuū: & incipiens a ſcriptura iſta: euāgelizabat illi ieſum. & dum iret per viā: venerunt ad quandā aquā & ait eunuchus. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari. Dixit antē Philipp⁹. Si credis ex toto corde: licet. & reſpondens dixit. Credo filium dei eſſe ieſum chriſtum. & iuſſit ſtare currū. & deſcenderunt vterq; in aquam Philippus et eunuchus: & baptizauit eū. Cū autē aſcēdiſſent de aqua: ſpiritus dn̄i rapuit Philippū: & amplius non vidit eū eunuchus. Ibat autē per viā ſuam gaudens. philipp⁹ autē inuētus eſt in azoto. & pertrāſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis: donec veniret ceſareā: nomen domini noſtri ieſu chriſti.

¶ Fer. vi. Lctō bt̄i Petri apl̄i. Cap. iii.

Chariſſimi. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis vt nos offerret deo: mortificatos quidem carne: viuificatos autem ſpiritu. In quo

ibat gaudēs. in azoto ciuitate Paleſtine ꝫ nō obtēta a tribu iuda cui fuerat ſorte data. Ceſareā. ciuitatē quoq; Paleſtine iudee in ora maritima q̄ prius turri ſtratonis dicebat.

¶ Feria. vj. ſequenti.

Chriſt⁹ ſemel ꝑ pctīs. Ex pria Petri epiſtola. ca. iiij. In quo Petrus fideles inſtrueret dicens: ꝙ melius eſt benefacere quā malefacere: ponit exemplum de chriſto: qui mortuus eſt ꝑ peccatis non ſuis ſed noſtris. Mortificatos carne. ideſt inſenſibiles factos ad deſideria carnis. Viuificatos ſpū. ideſt intelligētes ſpiritualia. In quo. predicatio Noe vocando ad penitentiam peccatores fuit figura predicationis chriſti: ideo dicit in q̄ ideſt ad figurandum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccatoꝝ mortificationē in carne: ꝛ viuificationē in ſpiritu. In carcere. ligati conſuetudine peccandi. Predicauit. ſcilicet per Noe ſeruum ſuum. Expectabant dei patientiam. Per annos. ſcilicet centum viginti. vt ſcribitur Geneſis capitul. vj. Cū. i. quo tēpore medio Noe fabricabat arcam. Baptiſma per aquam ſcilicet. Eſt autem in hoc ſimilitudo qd Noe ꝛ familia ex diluuio euaſit in arca. nos autem ex peccatis per baptiſma. Depoſitio carnis ſordium. quia nō tā corpus ꝙ aīam abluit. Interrogatio bone conſciētie. quia baptizandus interrogatur an credat ī deū. Per reſurrectionē. qa ꝛ nos ſimiliter reſurgemꝰ. Deglutiēs mortē. que antea nos deglutiebat. De qua propheta. Ero mors tua o mors: ꝛ morſus tuꝰ inferne.

& his qui in carcere erāt: ſpiritu veniēs prędicauit: qui creduli fuerant aliquādo: expectabant dei patientiā in diebꝰ Noe: cū fabricaretur arca: ī qua pauci ideſt octo aīę ſaluę factę ſunt ſup aquā. Quod & nos nunc ſimilis formę ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordiū: ſed conſciētię bonę interrogatio ī deū. Per reſurrectionē ieſu xp̄i dn̄i nr̄i qui eſt in dextera dei patris.

## Sabbato. Lectio beati Petri apl'i. i. Cap. ii.

CHariſſimi. Deponētes oēm maliciā & oēm dolū: & ſimulationes & inuidias: & oēs detractiones: ſicut mō geniti infātes rationabile ſine dolo lac cōcupiſcite: vt ī eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtatis qm̄ dulcis eſt dn̄s. Ad quē accedentes lapidē viuum:

Sabbato ſequēti.

DEponētes oēm maliciā. Ex prima Petri ep'la capitul. ſecūdo. In quo poſteaquam apoſtolus inſtituit fideles de regeneratione ſpirituali: nunc inſtituit eos de educatione conſequenti ipſam regenerationem. et quia vitia ſunt prius abijcienda: quam virtutes inſerantur. Deponentes ꝛ cetera. Simulationes. quas greci vocant hypocriſis. Detractiones. proximis detrahendo. Sicut modo geniti: ſcilicet innocentes ꝛ ſimplices: ſed non ignorantes: ſed ratione vtentes. Lac. ideſt doctrinam fidei facilem. Ad quem. ſcilicet chriſtum. Lapidem viuum. in ſe ꝛ effectiue. Repro-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

batū. de quo pſalmiſta Lapidem quē reprobauerunt edificantes. Et ipſi .ſ. vos. Superedificamini domos .i. in domoꝝ ſimilitudinē: ſiue temploꝝ in quibus eſtis ſacerdotes. Scriptura. Eſaie cap̄. xxviij. ex tranſlatione ſeptuaginta. Lapidē ſummū .i. chriſtū. de quo in Pſal. Hic factus eſt in caput anguli. Vobis honor. ſcilicet erit hic lapis. Non credentibus. ſcilicet erit lapis offenſionis. In quo ⁊ poſiti ſunt: ideſt fundari eē deberent: nunc autem ſunt increduli. Populus acquiſitionis. ideſt quem ſibi ſanguine ſuo acquiſiuit. Non popul⁹. ante cōuerſionem.

ab hoibus quidē reprobatum: a deo autē electū & honorificatum: & ipſi tā q̄ lapides viui ſupedificamini domos ſpirituales ī ſacerdotium ſctm̄: offerētes ſpirituales hoſtias: acceptabiles deo: p ieſum xp̄m. Propter qđ cōtinet ſcriptura. Ecce pono ī ſiō lapidē ſummum angularē: ꝓbatum: electum: ꝓcioſum: & oīs qui crediderit in eum nō cōfundetur. Vobis igitur honor credētib⁹: nō credētibus autē lapis quē reprobauerunt ędificātes: hic fact⁹ eſt in caput anguli. et lapis offenſionis: & petra ſcādali: his qui offendunt verbo nec credunt in quo & poſiti ſunt. Vos autē genus electum regale ſacerdotium: gens ſancta: & pp̄ſus acquiſitionis: vt virtutes annuncietis ei⁹ qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē ſuū. Qui aliqn̄ non pp̄ſus dei: nunc autē pp̄ſus dei. Qui nō cōſecuti mīam: nunc autē miſericordiam conſecuti.

## ¶ Dñica in albis. Ioā. apl̄i. i. Cap. v.

CHariſſimi. Oē qđ natū ē ex deo: vicit mūdū. et hęc ē victoria q̄ vicit mūdū fides nr̄a. Quis ē autē q vincit mūdum niſi qui credit qm̄ ieſus eſt filius dei? Hic eſt qui venit per aquam

### ¶ Dominica in albis.

OMne quod natum eſt ex deo. Ex p̄ria Ioānis ep̄la capitu. v. In quo agit de generatione diuini verbi: ⁊ quia dixit om̄e quod natū eſt. ⁊c. ſubdit. Hec eſt victoria .i. quod facit vincere .ſ. fides noſtra quam de verbo habem⁹ incarnato. Filius dei generatione eterna. Per aquam ⁊ ſanguinem. nam vtrunqꝫ ex aperto latere exiuit: vt ſignificaretur aquam

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

baptiſmatis habere vim omnē ex chriſti paſſione. Et ſpūs.ſ.ſanctus dat huius rei teſtimoniū: quando miſſus eſt ceciditqꝫ ſuper diſcipulos: docuitqꝫ illos oēm veritatē. Qm̄ tres ſunt. hec manifeſtatio eſt per apertā beatoꝝ viſionē. Unū ſunt. in ſubſtantia ⁊ natura: que deſignantur per genus neutrū. Et tres ſunt. que manifeſtant veritatē verbi. Spiritus. ideſt anima chriſti deſcendēs ad inferos. Aqua et ſanguis. ideſt baptiſma. vnū ſunt: quia conueniunt in aſſertione vnius veritatis. Teſtimoniū. quia i ore duorum vel trium. ⁊c. ergo multomagis dei teſtimonio credemus. De filio ſuo. qꝫ fecit in baptiſmate ⁊ transfiguratione: dicens. Hic eſt filius meus. ⁊c. Habet teſtimoniū. i. effectū illiꝰ teſtionij. Cetera manifeſta ſunt.

¶ Feria. iiij. ſequenti.

SI autem chriſtꝰ predicatur. Ex prima Corinthiorum epiſtola capitulo. xv. In quo agit de mortuorum reſurrectione. quod probat ex chriſti ipſius reſurrectione. Si chriſtus predicatur. ſcilicet a me ⁊ ab alijs apoſtolis. conſequentia tenet ex hoc quod impoſſibile eſt predicationis opus tam diuinum eſſe inanem. Neqꝫ chriſtus reſurrexit. ſed reſurrexit: igitur ⁊ mortui reſurgent. et hec apoſtoli argumenta procedunt deducendo ad inconuenientia. ſcilicet quod chriſtus non reſurrexit. et quod fides Corinthiorum eſt inanis ⁊ apoſtolorum predicatio vana. Eſtis in peccatis. quia per fidem non eſtis mundati: quod etiam eſt incō-

& ſanguinē ieſus chriſtus. Nō in aqua ſolū: ſed in aqua: et ſanguine. et ſpiritus eſt qui teſtificatur: qm̄ xp̄s eſt veritas. Qm̄ tres ſunt qui teſtimoniū dant in cœlo. Pater: verbū: & ſpiritus ſanctus. & hi tres vnū ſunt. et tres ſunt qui teſtimoniū dant in terra: ſpiritus: aqua: & ſanguis. Si teſtimoniū hominū accipimus: teſtimoniū dei maius eſt. qm̄ hoc eſt teſtimoniū dei qđ maius eſt: quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium dei: habet teſtimonium dei i ſe.

¶ Feria. iiii. ad Corinthios. i. Cap. xv.

FRatres. Si autē chriſtus predicat̃ qꝙ reſurrexit a mortuis: quō qdā dicūt i vobis qꝙ reſurrectio mortuorum non eſt? Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: nec chriſtus reſurrexit. Si autē chriſtus nō reſurrexit: inanis eſt ergo predicatio nr̄a: inanis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

veniens.ſicut ⁊ quod ſequitur quod mortui in chriſto perierunt. In chriſto ſperantes ſumus.ideſt expectantes hic tantum ab eo remunerari. Miſerabiliores.qui ſuſtinemus mala: ⁊ non fruimur bonis. Nunc autem.hic probat cōditionalem.ſcilicet quod ſi chriſtus reſurrexit. ex cōſequenti etiam mortui reſurgent. In ſuo ordine.quia primus qui reſurrexit fuit ↄchriſt⁹. et multa corpora ſanctorum ↄſurrexerunt. ſed in fine ſeculi omnes ſimul reſurgent ī momento ⁊ ictu oculi vt dicit apoſtolus.

eſt & fides veſtra. Inuenimur aūt et falſi teſtes dei: qm̄ teſtimoniū ↄdiximus aduerſus deū ꝙ ſuſcitauerit chriſtum: quē nō ſuſcitauit ſi mortui nō reſurgūt nam ſi mortui nō reſurgūt: neqꝫ chriſtus reſurrexit. Quod ſi chriſtus non ſurrexit vana ē fides veſtra. Adhuc eñ eſtis in peccatis veſtris. ergo et qui dormierūt in xp̄o pierūt. Si ī hac vita tm̄ ī xp̄o ſperātes ſum⁹: miſerabiliores ſum⁹ oīb⁹ hoīb⁹. Nūc aūt xp̄s reſurrexit a mortuis primitię dormiētiū. qm̄ quidē per hoīem mors: & per hoīem reſurrectio mortuorum. & ſicut in adā omnes moriūtur: ita & in chriſto omnes uiuificabuntur. vnuſquiſqꝫ autem in ſuo ordine primitię chriſtus.

¶ Feria ſexta. Ad Romanos. Ca.v.

Fratres. Cū adhuc eſſem⁹ īfirmi: xp̄s ſcd̄m tp̄s ꝓ ipiis mortu⁹ eſt. Vix eñ ꝓ iuſto quis morit̄. Nā ꝓ bono forſitā quis audeat mori. Cōmēdat autē ſuā charitatē de⁹ in nobis: qm̄ ſi cū adhuc pc̄ōres eſſem⁹ ſcd̄m

¶ Feria.vj. ſequenti.

Cum adhuc eſſemus. Ex epiſtola ad Romanos ca.v. In quo poſteaquam apoſtolus oſtendit virtutem fidei in iuſtificatione credentium: ī hac ponit iuſtificationis motiuū: quod excludit a nobis dicens. vt quid chriſtus cum eſſemus infirmi. ſcilicet.ꝓpt peccatū. Mortuus eſt ſecundum tēpus.ſcilicet trium dierum ſpacio. Pro iuſto ideſt opus hoīs quātumcunqꝫ iuſti vix mereretur vt quis pro eo vellet mori: igitur multo minus peccator hoc poteſt mereri. Cōmendat autem.ideſt cōmendabilem oſtēdit. Ab ira.i.ab inferno.qa mai⁹ eſt peccatorem iuſtificare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quã ipſum a pena liberare. Cũ inimici eſſemus. per peccatũ ade. Re-cõciliati. per mortẽ. ſ. xpi. In vita. ſ. poſt glorioſam reſurrectionem. Non ſolum autem. in greco non ſolum id autem. ſcʒ ſalui erimus in futuro. Sed ꝛ gloriamur. ſubaudi nunc in preſenti.

¶ Dominica ſecunda poſt paſcha.

Chriſtꝰ paſſus ẽ ꝓ nobis. Ex pꝛima Petri epl'a cap. ij. In quo ad patientiã chriſtianos hortatur. nam dixerat: i hoc em̃ vocati eſtis. ideſt vt in iuriam patienter toleretis: ꝛ tũc infert chriſtus paſſus eſt. ꝛc. Ve ſtigia eius. ideſt imitãtes illũ. Qui peccatũ non fecit. in hoc imitari non poſſumus. Tradebat ſe. offerendo ſe querentibus ad mortem iniuſtam. In corpore ſuo penam ꝓ nobis ſuſtinendo. Peccatis mortui. ideſt non peccando. Iuſticie: ideſt chriſto nos iuſtificanti. Cuius liuore. Ex Eſaia ſumptum eſt. Epiſcopum. ideſt ſpeculatorem.

Feria quarta ſequenti

tps xps ꝓ nobis mortuꝰ eſt: multo igitur magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſiꝰ ſalui erimꝰ ab ira ꝑ ipm̃. Si em̃ cũ inimici eſſemꝰ recõciltati ſumꝰ deo ꝑ mortẽ filii eius: multomagis recõciliati ſalui erimꝰ in vita ipſiꝰ. Nõ ſolũ autẽ ſed gloriamur in deo. Per ieſum chriſtum dominum noſtrum.

¶ Dñica. ii. poſt paſcha bt̃i Pe. i. Ca. ii.

Chariſſimi. Chriſtꝰ paſſus eſt pro nobis: vobis relinquẽs exẽplum vt ſequamini veſtigia eius. Qui pctm̃ nõ fecit nec inuentus eſt dolꝰ in ore eius. Qui cũ male diceret̃ nõ maledicebat: cũ pateret̃ nõ cõminabatur Tradebat autẽ iudicanti ſe iniuſte: qui pcc̃a nr̃a ipſe pertulit in corpe ſuo ſup lignum: vt peccatis mortui iuſticię viuamus: cuius liuore ſanati ſumus. Eratis enim ſicut oues errantes: ſed cõuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopũ animarum veſtrarum.

¶ Feria. iiii. ad hebręos. Cap. xiii.

Fratres. Obedite ꝓpoſitis vr̃is & ſubiacete eis. Ipſi enim puigilãt:

Obedite ꝓpoſitis vr̃is. Ex epl'a Pauli ad hebreos cap. xiij. In quo aplus docet, quõ hebrei ſe debent habere circa plãtos. Ipſi

quaſi ratione͞ pro animab⁹ veſtris red dituri: vt cum gaudio hoc faciãt & nõ geme͞tes. Hoc enim non expedit vobis. Orate ꝓ nobis. Confidim⁹ enim quia bonã conſcie͞tiã habem⁹ in omnibus bñ vole͞tes cõuerſari. Amplius aũt deprecor vos hoc facere: vt quã celerius reſtituar vobis. Deus aũt pacis q eduxit de mortuis paſtore͞ magnum ouiũ in ſanguine teſtamenti æterni dominum noſtrũ Ieſum chriſtum: aptet vos in omni bono: vt faciatis eius voluntatem: facie͞s in vobis quod placeat coram ſe p ieſum chriſtũ. Cui eſt gloria in ſæcula ſeculorum. Amen.

¶ Feria. vi. Actuum Apoſtolorum. Capitu. iiii.

IN diebus illis. Multitudinis autem credentium erat cor vnum: & anima vna. Nec quiſquã eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia cõmunia. Et virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu chriſti domini noſtri: & gratia magna erat in omnibus illis. Neq; enim quiſq; egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores domorũ aut agrorũ erant vendentes afferebant precia eorum quæ vendebant: & ponebãt ante pedes apoſtolorum. Diuidebantur autem ſingulis prout cuiq; opus erat.

enim. reddit rationem quare debeãt obedire illis. Cum gaudio. cum viderint vos ſibi obſeque͞tes. Nõ expedit vobis. ſcilicet quod illi laborent et vos nõ obediatis. Orate ꝓ nobis. ideſt adiuuate nos precib⁹ vr̃is apud deum. Bene vole͞tes cõſeruari. ideſt deſiderantes bonam cõuerſationem omnium. Reſtituar vobi[s]. aberat enĩ ab hieroſolymis. Deus pacis. bene precatur illis in clauſula epiſtole. Eduxit paſtore͞. i. a mortuis ſuſcitauit. Teſtame͞ti eterni. qđ ſanguine chriſti confirmatum eſt.

¶ Feria. vj. ſequenti.

Multitudinis autem credentiũ. Ex actib⁹ apl̃oꝝ. c. iiij. in quo deſcribit crede͞tium ſancta cõmunio ⁊ primo ĩ genere. Cor vnũ. q: inuicem cõnectebantur charitate. Virtute magna. quia faciebãt miracula virtute diuina. Gratia magna. ideſt amor q̃ facit omnia cõmunia.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnde ſequitur. neq; quiſquã erat egẽs: quia omnia erant omnium. Que ſequuntur per ſe patent.

¶Dominica tertia poſt paſcha.

Obſecro vos tanquam aduenas. Ex prima Petri epiſtola.ca. ſecũdo. et continuatur epiſtole precedenti: cuius initium eſt. Deponẽtes omnẽ maliciam. Itaq; inducit hoc in loco apoſtolus fideles ad diffuſiones fidei per exemplũ ſancte conuerſationis: dicens. Obſecro vos. Aduenas et peregrinos. ſcilicet a ciuitate celeſti. A carnalibus deſiderijs. ſicut peregrini q̃ non immorantur in voluptatibus q̃ occurrunt in via: ſed properant in patriam. Conuerſationem bonam. nõ ad propriam laudem: ſʒ ad dei gloriã. ideo ſubdit vt glorificent deum. In die viſitationis. ideſt cum diuina gratia illos cõuertent. Omnia creature humane. ſcilicet habenti a deo regiminis autoritatem. ideo ſubdit ſiue regi / ſiue miſſus a rege. Quaſi liberi. ſcilicet libertate vera q̃ eſt a vitijs. et nõ ſub pretextu libertatis nõ obediẽdo ſuperioribus. que ſequuntur patent vſq; ad verbum dyſcholis. Sunt enim dyſcholi homines moroſi

¶Dominica tertia. Beati Petri apoſtoli prima. Capitu. ii.

Chariſſimi. Obſecro vos tanquã aduenas & peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes: glorificent deum in die viſitationis. Subiecti eſtote omi humanę creaturæ propter deum. Siue regi quaſi præcellenti: ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis: ad vindictam malefactorũ: laudem vero bonorum. Quia ſic eſt voluntas dei: vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiã. Quaſi liberi: & non quaſi velamen habẽtes malicię libertatem: ſed ſicut ſerui dei. Oẽs honorate: fraternitatẽ diligite. Deũ timete: regẽ honorificate. Serui ſubditi eſtote ĩ omni timore dominis. Nõ tãtũ bonis & modeſtis: ſed etiam dyſcholis. Hæc eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et difficiles:⁊ quibus mala eſt conuerſatio : quod olys particula in compoſitione in malum ſonat ſemper. Gratia dei.i. res grata deo.

¶ Feria quarta ſequenti.

Non enim in manu facta. Ex epiſtola Pauli ad Hebreos.ca.ix. In quo poſteaquam multa de ſacerdotio veteris legis dixit:cōparat illud chriſti ſacerdotio. Manu facta. quale fuit tabernaculū Moſis ⁊ Salomonis templum. Verorum. quia templa fiunt ad celi ſimilitudinem. Pronobis. ſcilicet mediator. Ut ſepe offerat ſe. ſed ſemel oblatus eſt: vt dicit ad multorum exhaurienda: hoc eſt tollenda peccata multorum:quia non omnes ſunt digni. Poſt hoc iudicium. ſcilicet extremum erit. Sine peccato. nam in primo aduentu venit in ſimilitudinem peccati.nam quod faber dicit: quod chriſtus in primo aduētu ſine peccato apparuit: aliud eſt apparere et aliud eſſe. vnde ⁊ Eſaias dixit cum ſceleratis reputatus eſt: et quaſi peccator inducitur in corpore myſtico.

enim gratia: In chriſto Ieſu domino noſtro.

¶ Feria quarta. Ad hebrẹos. Capitulo.ix.

FRatres. Non enim in manu facta ſancta Ieſus introiuit exemplaria verorum: ſed ī ipſum cœlum: vt appareat nūc vultui dei pro nobis. Neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum: quē admodū pontifex intrat in ſancta per ſingulos ānos in ſanguine alieno. Alioquin oportebat eum pati frequenter ab origine mundi. Nūc autem ſemel in conſummatione ſæculorum ad deſtitutionem peccati per hoſtiā ſuā apparuit. Et quēadmodum ſtatutum eſt hoībus ſemel mori: poſt hoc aūt iudicium: ſic & chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorū exhaurienda peccata. Secundo ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem.

¶ Feria.vi. Ad Romanos. Capitulo.xiiii.

FRatres. Nemo nr̄m ſibi viuit: &

¶ Feria ſexta ſequenti.

Nemo noſtrum ſibi viuit. Ex epiſtola Pauli ad Roma-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nos.cap.xiiij. In quo oſtēdit quomodo maiores habere ſe debeant ad minores. Et ponit ratio q̄ accipitur ex parte eius ad quem pertinet de ſeruo alterius iudicare/ hoc eſt de ꝓximo. is autem eſt chriſtus:cui omnes viuimus aut morimur. Nemo.quia nos nō ſumus domini vite aut mortis noſtre. In hoc.i.hoc dominiū eſt morte ſua ꝯſecutus: vt ſit dn̄s nr̄ ꝓ redēptionē. Tu aūt. ponit rō q̄ accipit ex parte eiꝰ q̄ iudicat temere de alio. In mãducãdo.ſ.ea q̄ ſūt i lege Moſi ꝓhibita. In nō edēdo.reputãdo illū inſanū q2 nō edit i lege ꝓhibita. Ante tribunal.vbi de his iudicamur. Scriptū ē Eſa.xlv. Itaq3 ꝯcluſio eſt intenti. ¶ Dn̄ica.iiij. poſt paſcha.

Omne datū optimū. Ex ep̄la Iacobi.c.j. In quo remouet errorē dicentiū q̄d bonum meriti nō eſt a deo: ſed ab ipſo hoie. Datū optimū.i.bonū meriti. Et oē donū ꝑfectū.i. bonū grãe. A patre luminū. cui oīa ſunt aperta ſicut in lumine diei claro. Immutatio ꝛ obumbratio. Sicut nobis qui ſemper immutamur et aliquando dies :aliquando nox. Genuit nos. per modum adoptionis. In verbo. ideſt per filium. Initium creature.ſcilicet quantū ad gratiam. Scitis.ꝑ ſcire debetis.

nemo ſibi morit̄. Siue enim viuimꝰ: domino viuimus. Siue morimur: domino morimur. Siue ergo viuimus: ſiue morimur: domini ſumus. in hoc enim chriſtus mortuus eſt: & reſurrexit:vt & mortuorū & viuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuū in manducando: & quare ſpernis fratrem tuū in non edendo? Omnes enim ſtabimus ante tribunal dei. Scriptum eſt enim. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur deo. Itaq3 vnuſquiſq3 noſtrū pro ſe rationem reddet deo.

¶ Dominica quarta. Iacobi Apoſtoli. Capitulo.i.

FRatres. Om̄e datum optimum: & omne donum perfectum deſurſum eſt: deſcendens a patre luminū. Apud quē nō eſt trãſmutatio: nec viciſſitudinis obūbratio. Volūtarie genuit nos verbo veritatis: vt ſimꝰ initiū aliq̄d creature eiꝰ. Scitis fratres

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meī dilectiſſimi. Sit autem oīs homo velox ad audiendū: tardꝰ aūt ad loquē dum: & tardus ad irā. Ira enim viri iu= ſticiam dei non operatur. Propter qđ, abiicientes omnem immundiciam & abundantiā malicię: in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. Quod po= teſt ſaluare animas veſtras.

¶ Feria. iiii. Ad Theſſaloni cenſes primo. Capitulo. v.

FRatres. Omnes enim vos filii lu cis eſtis: & filii diei. Non ſumus noctis: neq₃ tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut & cæteri: ſed vi gilemus: & ſobrii ſimus. Qui enim dormiūt nocte dormiunt: & qui ebrii ſunt: nocte ebrii ſunt. Nos autem qui diei ſumus: ſobri ſimus: īduti loricam fidei & charitatis: & galeam ſpem ſalu= tis: quoniam non poſuit nos deus in iram: ſed in acquiſitionem ſalutis per dominum noſtrum Ieſum chriſtum: qui mortuus eſt pro nobis. Vt ſiue vi= gilemus ſiue dormiamꝰ: ſimul cum il= lo viuamus. Propter quod conſolami ni inuicē & ædificate alterutrū in chri ſto ieſu domino noſtro.

¶ Feria. vi. Ad Coloſſenſes. Capitulo primo.

FRatres. Gratias agimus deo & pa

Sit aūt. ꝑcepta mora lia ꝓponit q̄ ſatis pa= tent ꝑ ſe. Inſitū ver= bum. i. quod mētibus inſerendum eſt.

¶ Feria. iiij. ſequēti.

OMnes eīn vos. Ex ep̄la prima Pauli ad Theſſaloñ. ca. v. In quo poſteaq̄ poſuit incertitudinem diei iudicij: facit illos cautos circa illius ex= pectationē: et q₂ paulo ante dixit fratres non eſtis in tenebris: nunc dicit filij lucis eſtis. i. chriſti qui eſt lux vera. Sicut ceteri. ſc₃ infi= deles. Qui dormiūt. ſc₃ noctis ⁊ ignorantie filij ⁊c. Diei ſumus. ſubaudi filij. Loricā fidei. ideſt armaturam que corpus munit. per quā intelligimus fidē charitate īformatam. Spem ſalutis. ⁊ ſic tetigit tres virtutes q̄ ſunt ꝓprie chriſtiano= rum. In iram. ideſt ī damnationē eternam. In acquiſitionē ſalu tis. i. ſaluationem.

¶ Feria. vj. ſequēti.

GRatias agimus deo. Ex epiſtola



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pauli ad Coloſſenſes cap.j. In quo apoſtolus inducit Coloſſenſes ad tenendũ firmiter euangelium. Et primo captat illorũ beniuolentiam cũ dicit ſe orare pro ipſorũ felici conſumatione. Nos fecit: ſcꝫ tam iudeos ꝙ gentiles. Sortis ſanctorũ. et hoc per baptiſmi gratiam. De poteſtate tenebrarũ .i. diaboli. Dilectionis. qꝛ pr diligit filiũ: ⁊ ꝑ illũ nos. In ꝗ ideſt ꝑ quẽ. Primogenitꝰ .i. ãte oĩa alia creata genitus. ꝑ naturã cũ ſint alia ꝑ creationem. In ipo cõdita .i. per ipm. qꝛ verbo dñi oĩa creata ſunt Siue throni. quattuor angelorum ordines nominat: per quos et alios quinqꝫ intelligit. Caput eccleſie. in corpore myſtico. Principiũ. ideſt primus qui reſurrexit ad vitam immortalem. Complacuit. ſcilicet deo inhabitare in ipſo. ideſt in chriſto homine. Alio patent.

tri qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum: & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ: in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. Qui eſt imago dei inuiſibilis primogenitus omnis creaturæ. Quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra viſibilia & inuiſibilia. Siue throni: ſiue dominatiões: ſiue principatus: ſiue poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante omnes: & omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ: qui eſt principium primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens. Quia in ipſo complacuit omnẽ plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliari omnia in ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius: ſiue quæ in cœlis ſunt: ſiue quæ in terra.

¶ Dominica quinta poſt paſcha.

Eſtote factores verbi. Ex epiſtola Jacobi apoſtoli capitulꝰ .j. In quo apoſtolus inducit fideles ad acquieſcendum veritati ipſam opere adimplẽdo. Fallẽtes vos. quia illud in pernicie

¶ Feria quinta: Iacobi Apoſtoli. Capitulo primo.

CHariſſimi. Eſtote factores verbi & nõ auditores tantũ: fallẽtes vos metipſos. Quia ſi quis auditor eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

veſtram redundat. In ſpeculo. quia tametſi videt ſe non tamē perfecte ſed vmbratice: et ſic ſermo eſt vmbra rerū et nō res vera. Legē libertatis. i. euāgelij. q2 lex vetus ſeruitutis erat. Et permāſerit operando. ea que inde didicit. Religioſum. ideſt chriſtianum verum.

verbi & non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe & abiit: & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis: & permanſerit in ea non auditor obliuioſus factus: ſed factor operis: hic beatus ī facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam: ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc eſt. Viſitare pupillos & viduas/ in tribulatione eorum: & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

Feria ſecunda rogationum. Iacobi apoſtoli. Capitu. v.

CHariſſimi. Cōfitemini alterutrū peccata veſtra: & orate pro inuicem: vt ſaluemini. Multū enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione orauit: vt non plueret ſuper terram: & non pluit annos tres: & menſes ſex. Et rurſum orauit in cœlū: & dedit pluuiā: & terra dedit fructū ſuū. Si quis autē ex vobis errauerit a veritate:

Non refrenans. iactando ſe quod ſatis eſt illi ſi crediderit et ſi non fuerit operatus.
Seducēs cor ſuum. ideſt ſeipſum fallens.
Viſitare pupillos. et que ſequunt. hec autē ſunt opera chriſtiani.

Feria. ij. rogationū.

COnfitemini alterutrū. Ex epiſtola Iacobi apoſtoli cap. v. In quo inducit fideles ad penitētie ſacramētum: per quod remittuntur pctā mortalia. Alterutrum. i. nō tātū deo: ſed etiā alteri homini. Pro inuicē. i. viciſſim. i. alter ꝓ altero. Deꝑcatio iuſti. ergo iniuſti nō eſt accepta. Helias. qđ dixit ꝓbat Helie exēplo ſūpto ex. iiij. Regū. ca. xvij. Et nō pluit. qđ factū ē ꝓpt pctā Achab et Iezabel vxoris illi9. Rurſum orauit. Ex eodem libro. capit. ſequenti. A veritate. ſiue fidei: ſiue morum.

Operit multitudinē peccatorum.ſcilicet vt dixerimus quod non videbantur a deo. ¶ Feria quarta ſequenti.

OBſecro vos primū. Ex prima epiſtola Pauli ad Timotheū cap.ij. In quo Timotheū inſtituit quod orare debeat pro ſubditis:imo ꝛ ꝓ oibus. Ut quietā.i.pro temporū quiete ꝛ tranquillitate. Pietate.i.religione. Caſtitate q̄ coniūcta eſt religioni. Vergilius.ꝛ caſta maneāt in religione nepotes.

Hoc bonum.ſcꝫ orare pro omnibꝰ. Veritatis. ſcilꝫ euangelice vult omnes venire. Unus deus.ſcꝫ eſt qui oēs creauit et vult illos ſaluos eſſe. Unus mediator. q̄ nos deo reconciliat. Teſtimoniū cōfirmatū eſt per aplōꝝ p̄dicationem:et miraculoꝝ operationē.

In fide ꝛ veritate. ideſt q̄ pertinent ad fidei veritatem.

¶ In vigilia aſcenſionis.

Unicuiqꝫ noſtrū data eſt gratia. Ex epiſtola Pauli ad Epheſios capitu. iiij. In quo oſtendit quod omnes fideles ſunt vnum corpus myſticum: cuius caput eſt chriſtus. Secundum

& cōuerterit quis eum:ſcire debet: quī qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viç ſuæ:ſaluabit animā eius a morte: & operit multitudinē peccatorum.

¶ Feria.iiii.Ad Timotheū.i. Cap.ii.

CHariſſimi. Obſecro vos primū omnium fieri obſecrationes:orationes:poſtulatiōes:gratiarū actiones pro oībus hominibꝰ: & pro regibus: & omībꝰ qui in ſublimitate ſunt conſtituti: vt tranquillam & quietā vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonū eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro deo: qui om̄es homines vult ſaluos fieri: & ad agnitionem veritatis venire. Vnus eſt em̄ deꝰ: & vnus mediator dei & hominū: homo chriſtꝰ ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt: in quo poſitus ſum ego prædicator apoſtolus. Veritatem dico non mentior: doctor gentium in fide & veritate.

¶ In vigilia aſcenſionis. Ad Epheſios. Capitu.iiii.

FRatres. Vnicuiqꝫ noſtrū data eſt grā ſecundum menſuram dona-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

menſurā aliis.ſcilicet plus:⁊ aliis minus.. Dicit ſubaudi ſcriptura. Ex Eſaia.cap.lxvii.Captiuitatē.i.illos qui in limbo inferoꝝ erāt detenti.Dedit dona.in die pentecoſtes dedit dona ſpūs ſancti.⁊ cotidie dat quibus vult.Quid eſt.i.qualiter intelligendū. Deſcēdit hoiem aſſumpturꝰ.Impleret omnia.que de illo per prophetas ſcripta erāt.

tiōis chriſti.Propter quod dicit. Aſcē dens in altum captiuā duxit captiuitatē:dedit dona hoibꝰ. Quod autē aſcē dit quid eſt:niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terrę? Qui deſcendit ipſe eſt:& qui aſcendit ſuper oēs cœlos:vt adimpleret oīa. et ipſe dedit quoſdā quidē apoſtolos: quoſdā autem prophetas:alios vero euangeliſtas alios paſtores & doctores ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterii in ędificationem corporis chriſti:donec occurramus omnes in vnitatē fidei:& agnitionis filii dei:in virum perfectum:in menſuram ętatis plenitudinis chriſti domini noſtri.

Dedit.ſ. diſtribuendo diuerſa dona.Cōſumationē ſanctoꝝ.i. perfectionē fideliū. Corporis chriſti.ſ. eccleſie cuius caput eſt chriſtus. In vnitatē fidei.i.qui ſumus in illiꝰ fide vniti.In virū perfectū.q͞a oēs in etate chriſti ſumus ſuſcitandi.

¶In die aſcenſionis.

PRimū quidē ſermonē facit.ex initio aplice hiſtorie quā Lucas euāgeliſta ſcripſit quam Theophilo mittit quē dicūt fuiſſe epiſcopum Aſiaticū. Primum ſermonem. euāgelium dicit quod ſcripſit incipiēſa ſacerdotio zacharie:⁊ terminauit in aſcēſione dni. Uſq; in diem.ſ.aſcenſionis. Precipiēs. q͞d eſſēt facturi. Prebuit ſe viuum. poſt reſurrectionem vſq; ad aſcenſionem.: qui fuerunt dies quadraginta.

## ¶In die aſcenſionis.Lectio Actuum aplorū.Ca.i.

PRimum quidem ſermonem feci de omnibꝰ o Theophile quę cœpit ieſus facere & docere: vſq; in diē qua p̄cipiēs aplis per ſpiritū ſanctum quos elegit:aſſumptus eſt.Quibus & prebuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumētis:

Argumentis.ideſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei: & conueſcens precepit eis ab hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarēt promiſſionem patris: quā audiſtis inquit per os meū. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto: nō poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabāt eū dicentes. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum iſrael? Dixit autē eis. Non eſt veſtrum noſſe tēpora vel momenta: quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Sed accipietis virtutem ſuperuenietis ſpiritus ſancti in vos: & eritis mihi teſtes in hieruſalē: et in oī iudea et ſamaria. et vſq; ad vltimum terre. et cum hoc dixiſſet videntibus illis eleuat⁹ eſt: et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorū. Cumq; intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: qui et dixerunt: Viri galilei quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum: ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlū.

figuris vt modo hortolanus Magdalene: nunc peregrinus duobus diſcipulis. Conueſcens. id eſt ſimul cū illis comedens. Promiſſionem patris. de miſſione ſcilicet ſpiritus ſancti. Joānis capitulo. xiiij. Spiritu ſancto. quem non cōferebat Joannis baptiſma. Qui conuenerant. ſcilicet cum illo manducantes et bibentes. Regnum iſrael. nam adhuc nō ſentiebant ſpiritualiter. Virtutem ſpiritus ſancti. ad predicādum euāgelium meū. Intuerentur. admirantes illius aſcenſionem. Viri. angeli in ſpecie virorum: Sic veniet. i fine ſeculi ad iudicādum homines. ſcilicet in forma humana: vt nunc vidiſtis aſcendentem.

¶ Dominica poſt aſcenſionem. Beati Petri apoſtoli. Cap. iiii.

CHariſſimi. Eſtote prudētes: & vigilate in orōnib⁹. Ante oīa autē mutuā i vobiſmetipis charitatē

¶ Dominica poſt aſcenſionem.

EStote prudentes et vigilate. ex epla Petri. j. cap. iiij. i q poſtea q̄ apl's fideles

ordinauit in ſeipſos ⁊ in ꝓximos nũc hortatur illos ad timorẽ inſtantis iudicij: ⁊ mentis puritatẽ in ordinẽ ad ſeipſos ⁊ ad ꝓximos. Operit. ne videantur a deo vt ſupra dicit in epiſtola Jacobi. Hoſpitales. hoſpitio excipientes hoſpites veſtros. Sine murmuratione ſ. expenſaꝝ. Accepit grãm. ſ. a dño: hoc eſt gratis. Boni diſpẽſatores. qui gratis dant gratiſ dandum accepere.

cõtinuã habẽtes: quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratione. vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã in alterutrũ illã adminiſtrãtes: ſicut boni diſpẽſatores multiformis gratię dei. Si quis loquitur. quaſi ſermones dei. Si quis miniſtrat: tãq; ex virtute quã adminiſtrat de⁹: vt in omnibus honorificetur deus: per ieſum chriſtum dominum noſtrum.

Si quis loquitur. ſcilicet verba exhortatoria. Sermones dei. Nõ ſibi ſed deo deferendo. Si quis miniſtrat ſcilicet quoq; nõ ad ſe ſed ad deũ referat qui ſibi talia dedit ad diſtribuendum pauperibus.

¶ Feria. vi. poſt octauas aſcenſionis. Ad hebręos Capitul. ii.

FRatres. Vidimus chriſtum propter paſſionem mortis gloria et honore coronatũ: vt gratia dei pro omnibus guſtaret mortem. Decebat eum ꝓpter quẽ oĩa et per quẽ oĩa: qui multos filios in glĩam adduxerat: autorẽ ſalutis eorũ per paſſionẽ conſumari. Qui enĩ ſãctificat et qui ſctificãtur ex vno oẽs. Propter quam cauſam

¶ Fe. vj. poſt oct. aſcẽ. VIdimus ieſum xp̃m ꝓpt̃ paſſionẽ. Ex ep̃la Pauli ad hebreos cap. ij. vbi q̃a ſup̃ citauerat teſtioniũ ex ꝓpheta minuiſti eũ paulomin⁹ ab ãgelis: nunc vero exponit verba de chriſto: dicẽs. Vidim⁹ ieſum propter paſſionem. ideſt ex merito paſſionis.

Vt gratia dei: hoc eſt non ex noſtris meritis. Decebat. conueniens erat vt deus per paſſionem filij nos perduceret in gloriam. Propter quem. i. adquem omnia referuntur. Et ꝑ quem. qui eſt cauſa efficiens. Adduxerat. ideſt adducere volebat. Conſumare ideſt vſq; ad conſumationem perducere. Autorem ſalutis. ideſt ieſum chriſtum. ⁊ hoc per illius paſſionem. Ex vno. ideſt ex eodẽ patre, ſed chriſtus per generationem; homines alij per creationem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non confunditur. id eſt non erubeſcit. Dicens pſalmus. xxj. qui de chriſto etiã in ſenſu literali debet intelligi. Et iterum. Eſaie capitulo. viij. Pueri mei de quib⁹ Joãnis. xvij. hominibus inquit q̃s dediſti mihi. Quia ergo pueri cõmunicauerunt. ſcilicet in natura paſſibilitatis. Nuſquam angelos. ideſt naturam angelicam aſſumpſit ſicut hũanã Ut repropiciaret. faciẽdo deũ propiciũ per ſui corporis oblationẽ In eo. ideſt in natura humana. Et tentatus a demone in deſerto. Apoſtolum. ideſt chriſtum a patre miſſum. Apoſtolus enim miſſus interpretatur.

non confunditur eos vocare: dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſię laudabo te. & iterum. ego ero fidens in eum. & iterum. ecce ego et pueri mei: quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni et ſanguini et ipſe ſimiliter participauit eiſdem: vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium: id eſt diabolum. et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erãt ſeruituti. Nuſquã enim angelos apprehendit: ſed ſemen abraę apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari: vt miſericors fieret: et fidelis pontifex ad deum vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe et tentatus potens eſt et eis qui tentatur auxiliari. Vnde fratres ſancti vocationis cœleſtis participes: conſiderate apoſtolum põtificem cõfeſſionis noſtrę. Ieſum chriſtum dominum noſtrum.

¶ In vigilia pẽtecoſtes.

TEntauit deus Abraã. Ex Geneſi. cap. xxj. in quo exponit quo pacto deus tentauit Abraam an ſibi in filio occidendo obtemperaret. In mõtem viſionis. ideſt vnde poterat videri tota

¶ Sabbato in vigilia pentecoſtes. Geneſis. Capit. xxii.

TEntauit deus Abraã: et dixit ad eũ. Abraã Abraã. At ille r̃ndit. adſum. Ait illi. Tolle filium tuũ vnigenitũ quẽ diligis Iſaac: & vade in terram viſionis: atq; ibi offeres eũ in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

holocauſtū,ſuper vnū mōtiū quē mōſtrauero tibi. Igitur Abraam de nocte conſurgēs ſtrauit aſinum ſuum: ducēs ſecum duos iuuenes: & Iſaac filiū ſuū. Cumq; cōcidiſſet ligna in holocauſtū abiit ad locum quē pręceperat ei de9. Die autē tertio eleuatis oculis: vidit locum procul. Dixitq; ad pueros ſuos. expectate hic cum aſino: ego & puer illucuſq; properantes: poſtquā adorauerim9 reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna holocauſti: & impoſuit ſuper Iſaac filiū ſuū. Ipſe vero portabat ignē & gladiū in manibus. Cumq; duo pergerent ſimul: dixit Iſaac patri ſuo. Pater mi? At ille reſpondit. Quid vis fili? ecce inquit ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit autē Abraā. De9 prouidebit ſibi victimā holocauſti fili mi. Pergebāt ergo pariter: vt venerūt ad locū quē oſtenderat ei de9: in quo ędificauit altare: & deſuper ligna cōpoſuit. Cumq; alligaſſet Iſaac filium ſuum: poſuit eum in altare ſuper ſtruē lignorum. extenditq; manum & arripuit gladium: vt immolaret filiū ſuū. & ecce angelus dñi clamauit de cœlo: dicens. Abraā Abraā. Qui reſpōdit adſum. Dixit ei. Nō extēdas manum tuā ſuper puerū: nec facias illi quicquā. Nunc cognoui q; timeas deum: & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abraam oculos ſuos: viditq; poſt tergum arietem inter vepres hęrentē cornibus: quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. Appellauitq; nomē loci illius: dominus videt. Vnde vſq; hodie dicitur in mōtem dominus videbit. Vocauit autem angelus domini Abraam ſecundo de cœlo: dicens: Per memetipſum iura-

adiacens regio q̄ tunc erat iuxta ieruſalē ſed poſtea fuit vrbi adiectus: mōs aūt ille vocabat moria. Die tertio tm̄ tēporis ſufficiebat ad veniendum de berſabee ad montem moria: hoc eſt ad ieruſalē. Deus prouidebit. hoc iā ꝓphetice dictū eſt: qm̄ deus prouidit de hoſtia cedēda pro filio. Vſq; hodie dicit. in ꝓuerbiū circūfert per ora hebreorū quotieſcūq; ſūt i aliq̄ āguſtia: in monte domin9 videbit. Vocauit ſe

cundo. quia facta fue
rat promiſſio Abraã
quam nunc iterum iu
ramento confirmat.
Per memetipſum.
quia nihil eſt deo ma
ius per quod iurare
poſſit. Abierunt ad
Berſabee. vnde fuerãt
profecti ad montẽ mo
ria.

¶Lectio altera.

SCripſit Moyſes
canticum. Ex
Deuteronomio capit.
xxxj. In quo prophe-
ta populum iſraeliti-
cum in legis iam tra-
dite obſeruatione. ⁊ ioſ
ue ſuum ſucceſſorem
hortatur: ⁊ quid face-
re debeat admonet.
Scripſit canticum. qđ
ponitur cap̃. ſequenti:
ſcilicet audite celi que
loquor. Verba legis.
ſupra ſcripte. Leuitis.
qui erant de tribu leui
ad quos id officiũ pti
nebat. Arce federis.
nõ cõſtat vtrũ itra aut
extra arcã ponerẽt.
In teſtimonium. ne
pretendas legis igno
rantiã. Cõtentioſe egi-
ſtis. vt patet in exodo
⁊ ĩ libro numerorum.

ui: dicit dominus: quia feciſti hãc rem:
et non pepereiſti vnigenito filio tuo:
benedicã tibi et multiplicabo ſemen
tuum ſicut ſtellas cœli & velut arenã q̃
eſt in littore maris, poſſidebit ſemen
tuum portas inimicorum ſuorum: et
benedicentur in ſemine tuo oẽs gẽtes
terrę: quia obediſti voci meę. Reuer-
ſusq; eſt Abraã ad pueros ſuos: abie-
rũtq; Berſabeę ſimul. & habitauit ibi.

¶Lectio libri Deuteronomii.
Capitulo. xxxi.

SCripſit Moyſes canticum: et do-
cuit filios iſrael. Pręcepitq; domi
nus Ioſue filio Nun: & ait. Con-
fortare et eſto robuſtus. Tu enim in-
troduces filios iſrael in terram quã pol
licitus ſum eis: et ego ero tecum. Poſt-
quam ergo ſcripſit Moyſes verba le-
gis huius in volumine atq; compleuit
pręcepit leuitis qui portabant arcam
fœderis domini: dicens. Tollite librũ
iſtum: et ponite illum in latere arcę fœ
deris domini dei noſtri: vt ſit ibi con-
tra te in teſtimonium. Ego enim ſcio
contentionem tuam: et ceruicem tuã
duriſſimam. Adhuc viuente me et in-
grediente vobiſcum: ſemper conten-
tioſe egiſtis cõtra dñm: quantomagis
cũ mortu9 fuero? Congregate ad me
oẽs maiores natu per tribus veſtras at
q; doctores. & loquatur audiẽtib9 eis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſermones iſtos: & inuocabo cõtra eos cœlũ & terrã. Noui enĩ ꝙ poſt mortẽ meã inique agetis: et declinabitis cito de via quã pręcipi vobis. & occurrent vobis mala in extremo tempore quãdo feceritis malũ in conſpectu dñi: vt irritetis eum per opera manuũ veſtrarum: Locutus eſt ergo Moyſes audiente vniuerſo cœtu filioꝝ iſrael verba carminis hui⁹: & ad finẽ vſqꝫ cõpleuit.

¶Lectio Eſaię prophetę. Cap. iiii.

APprehẽdent ſeptẽ mulieres virũ vnũ ĩ die illa: dicẽtes. Panẽ nr̃m comedem⁹ & veſtimentis nr̃is operiemur: tantũmõ inuocet̃ nomen tuũ ſup nos: aufer opprobriũ nr̃m. In die illa erit germẽ dñi in magnificẽtia & glĩa: & fruct⁹ terrę ſublimis: & exultatio his q ſaluati fuerint de iſrl̃. & erit oĩs q relict⁹ fuerit ĩ ſiõ & reſidu⁹ ĩ ieruſalẽ. Sctũs vocabit̃ oĩs q ſcript⁹ eſt ĩ vita ĩ ieruſalẽ. Si ablueritdñs ſordẽ filiaꝝ ſiõ: & ſanguinẽ ieruſalẽ lauerit de medio ei⁹: in ſpũ iudicii & ſpũ ardoris. & creabit dñs ſup oẽm locũ mõtis ſiõ: et vbi inuocatus eſt nubẽ p diẽ et fumũ et ſplendorem ignis flammãtis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab ęſtu: in ſecuritate et abſconſione a turbine et a pluuia.

¶Lectio Baruch prophetę. Cap. iii.

AVdi iſrael mandata vitę: & auribus pcipe: vt habeas prudentiam. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicorum

Sermones iſtos. ſ. cantici inſequentis. hoc eſt audient celi. Noui enim. per ſpiritum propheticũ. In extremo tpe. cũ veſtrum meſſiam hoc eſt chriſtum vr̃m occidetis.

¶Lectio tertia.

APprehendent mulieres ſeptẽ. ſed iam expoſita eſt in parte ſuperiori in vigilia reſurrectionis domini.

¶Lectio quarta.

AUdi iſrael mandata vite. Ex Baruch Jeremie prophete ſcriba capitulo tertio. in quo Baruch populum iſrael ad ſapiẽtie deſiderium hortatur. Mandata. ideſt ad vitam inducentia. Prudentiam. ideſt rerum diuinarum ſapiẽtiam. Inimicorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ideſt in captiuitate. Cũ mortuis.i.peccatoribus. In infernũ.i.cũ idolatris. Dereliquiſti.hec eſt hoꝝ cauſa.ꝛ eſt reſpõſio ad queſtionẽ. In pace.relinquẽtes autẽ viã dei:bellis oppreſſi ſunt. Et victus.i. verus aioꝝ paſtꝰ. Lumẽ oculoꝝ.vidẽdo aptã ſalutis viã. Et pax.i.q̃es. Quis.q̃ſi dicat:nemo ex ĩfidelibꝰ. Locũ eiꝰ. ſ.ſapiẽtie ſiue prudẽtie. Pꝛĩcipes gẽtiũ.q̃ oẽs erãt idolatre ꝛ deum ignorãtes. Beſtias ꝑ venationem illaꝝ. In auibꝰ celi.ꝑ aucupiũ. Theſau.q̃a ꝑhecputãt ſe poſſe dñari. Nõ eſt finis.q̃a ex ſolonis ſẽtẽtia diuitiaꝝ nullꝰ eſt terminꝰ. Fabricãt ĩ vaſa ꝛ pecunias. Nec eſt inuẽtio.q̃a nõ cõſequũtur q̃ volũt pꝛeuẽti. Viderunt lumẽ. ſcintillã aliquam veri boni. Diſciplinã ignorauerunt obcecati voluptatibus. Filij eorum. non bene a patribus inſtituti

In terra chanaan. vbi antequam ab hebreis poſſideretur erat dei cultus ignotus.

Filij agar.ideſt iſmaelite. omnes inquam hi viam vite ignorauerunt. O iſrael ſub audi conſidera. Quã

tuorũ es? Inueteraſti ĩ terra aliena:coinquinatꝰ es cũ mortuis. Deputatꝰ es cũ iis:qui ſũt apđ ĩferos:quia dereliquiſti fontẽ vitę et ſapĩetię. Si in viá dñi ambulaſſes:inhabitaſſes vtiq; in pace ſup terrã. Diſce vbi ſit ſapĩetia:& vbi ſit fortitudo:& vbi prudentia:vt ſcias ſimul vbi ſit lõgitudo vitę & victꝰ:vbi ſit lumẽ ocłorũ & pax. Quis ĩuenit locum eiꝰ:et quis ĩtrauit in theſauros eiꝰ? Vbi ſũt prĩcipes gẽtiũ:& q dñant̃ feris q̃ ſũt ſup terrã. Qui ĩ auibꝰ cœli ludũt:q argẽtũ theſaurizãt et aurũ:ĩ q̃ cõfidũt hoĩes:& nõ ẽ finis acquiſitionis eorũ. Qui argẽtũ fabricãt.& ſoliciti ſũt:nec eſt ĩuẽtio operũ illorũ.exterminati ſũt et ad ĩferos deſcẽderũt:& alii ĩ loco illorũ ſurrexerũt. Iuuenes viderũt lumẽ:& habitauerũt ſup terrã. Viã autẽ diſciplinę neſcierũt.neq; ĩtellexerũt ſemitas eiꝰ:neq; ſuſceperũt eã filii eorũ.a facie ipſorũ lõge facta eſt. Nõ eſt audita ĩ terra chanaã:neq; viſa ẽ ĩ themã. Filii quoq; agar qui exquiſierũt prudẽtiã:quę de terra eſt: negociatores terrę & theman. & fabulatores et exquiſitores prudentię & intelligentię:viam autem ſapientię neſcierunt:neq; inuenerunt ſemitas eius. O iſrael q̃ magna eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

domus dei: & ingens locus poſſeſſionis eius. Magnus eſt & nō habet finē: excelſus & immēſus. Ibi fuerunt gigātes nominati: illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna ciētes bellum. Nō hos elegit dn̄s: neq; viā diſciplinæ inuenerūt: propterea perierūt. Et qm̄ nō habuerunt ſapiētiā: interierūt ꝓpter ſuā inſipientiā. Quis aſcēdit in cœlū & accepit eā: & eduxit eā de nubib9? Quis tranſfretauit mare/ & inuenit illā: & attulit eā ſup aurū electū? Non eſt q ſciat viā eius: neq; qui exquirat ſemitas ei9. Sed qui ſcit vniuerſa nouit illam: & adinuenit eam prudētia ſua. Qui præparauit terram in æterno tēpore: & repleuit eam bipedibus & quadrupedib9. Qui emittit lumen & vadit: & vocauit illud: & obedit illi in tremore. Stellę autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis: & lętatę ſunt. Vocatæ ſunt: & dixerūt: Adſumus. Et luxerunt ei cū iocunditate: qui fecit illas. Hic eſt deus noſter: & non ęſtimabitur alius aduerſus eū. Hic adinuenit omnē viam diſciplinę: & dedit illam Iacob puero ſuo: & iſrael dilectio ſua. Poſt hæc ſup terrā viſus eſt: & cum hominibus cōuerſatus eſt.

¶ Lectio Actuum apoſtolorum. Capitulo. xix.

IN dieb9 illis. Factū eſt cum apollo eſſet Corinthi: & Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret

magna. i. quā late patens. Magnus eſt. ſc; deus. Fuerūt gigantes. ad ſupiora refert. ſ. ad terrā chanaan et theman. Nō hos. ſed te o iſrael elegit. Accepit eā. ſ. ſapiētiam. Sup aurū electū. qſi dicat: nullus: q2 a deo tm̄ reuelata eſt ꝑ filiū ſuū. In eterno tpe. i. in etnū duratura. Lumē. ſ. ſolis ⁊ lune ꝑ ſolē. ⁊ aliarū quoq; ſtellarū. Dixerunt adſumus. reb9 inanimatis dat ſermonē. ꝑ ꝓſopopeiā. Luxerūt ei. i. ei9 imperio. Aduerſ9 eū. id eſt q ei aduerſet. In terris viſus eſt. q2 non eſt loquutus iā ꝑ prophetas ſed per ſeipm̄ ſuſcepta carne humana predicans que ante dixerat per prophetas.

¶ Alia lectio.

FActum eſt cum apollo eſſet Corinthi. Ex actib9 apoſtolorū Capitulo. xix. In quo Lucas deſcribit pauli predicationē Epheſi. Apollo. pauli coauditor in euan-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gelij p̄dicatiōe. Ephe
ſum. ciuitatē minoris
Aſie ſiue Ionie. Spi
ritūſanctum. ſcʒ in ſi-
gno viſibili:q2 tunc ſic
dabat baptizatis. Au
diuim9.mirū eſt ꝙ iſti
dicūt cū i forma baptiſ
mi nominet: ſed in ba
ptiſmo Joānis nō ex-
primebātur noīa triū
perſonaꝝ. Duodecim.
qui ſic baptizati ſunt.
Suadēs. ſuaſſōibus
oratorijs ad euāgeliū
fidem inducens. Cete
ra patent.

¶ In feſto ſpiri-
tuſſancti.

Cum cōpleretur
dies pētecoſtes.
Ex actib9 apl'oꝝ.ca.ij.
In quo Lucas ponit
ſpūſſancti miſſionem:
quemadmodū chriſt9
ꝓmiſerat. Penteco-
ſtes.ideſt quinquage-
ſime a die videlicet re
ſurrectionis. In eo.i.e
loco.i.in cenaculo vbi
erāt ille cētum viginti
aīe:de qbus i capite ſu
periori dixit. Venien
tis ſpūs.i. vet9 violēs.
Repleuit. ſubaudi
ſplendore. Lingue.
quia donum lingua-

Epheſum:& inueniret quoſdā diſcipu
los:dixitqꝫ ad eos. Si ſpūmſanctū acce
piſtis credētes? At illi dixerūt ad eum.
Sed neqꝫ ſi ſpūſſanctus eſt audiuimus.
Ille vero ait. In quo ergo baptizati
eſtis? Qui dixerunt. In Ioānis baptiſ
mate. Dixit aūt Paulus. Ioānes bapti-
zauit baptiſmo pœnitētiæ populū: di
cens. In eū qui venturus eſt poſt ipm
vt crederēt:hoc eſt in Ieſum. His audi-
tis: baptizati ſunt in nomine domini
Ieſu. Et cum impoſuiſſet illis manus
Paulus: venit ſpirituſſanct9 ſuper eos:
& loquebant̄ linguis & ꝓphetabant.
Erant autē oēs viri fere duodecim. In-
trogreſſus aūt ſynagogam: cum fidu-
cia loquebatur per tres menſes diſpu-
tans & ſuadens de regno dei.

¶ In die ſancti ſpiritus. Le-
ctio Actuū apoſtolorum.
Capitulo ſecundo.

IN diebus illis. Dum complerētur
dies pētecoſtes: erant oēs pariter in
eodē loco. Et factus eſt repēte de cœ
lo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus
vehementis: & repleuit totam domū
vbi erant ſedentes. Et apparuerunt il-
lis diſpertitę linguę tāqꝫ ignis: ſeditqꝫ
ſupra ſingulos eorum. Et repleti ſunt
omnes ſpirituſancto: & cœperunt lo-
qui variis linguis: prout ſpirituſſan-
ctus dabat eloqui illis. Erant autem in
hieruſalē habitātes iudæi viri religioſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum illis dandũ erat. Ex omni natione. q: cõuenerãt ratione feſti. Cõfuſa eſt. admiratione rei. Galilei. quorũ erat lingua diſtincta ab alijs. Parthi. enumerat regiões vnde iudei venerãt. ſ. parthiã/ mediã meſopotamiã. i. ſyriã inter duo flumia hoc ẽ tigrim ⁊ euphrate. Põtũ. cui annexa eſt bythinia. Pãphilia. ꝯtermina cilicie. et he oẽs erãt i aſia. Egyptus ꝟo partim i aſia partim i aphrica. Circa cyrenẽ. i. regionẽ cyrenaicam q̃ eſt int̃ egyptũ ⁊ aphricã ꝓprie dictam. Proſelyti. i. cõuerſi de gentilitate ad iudaiſmũ. Cretes. ex inſula creta. Arabes. ex triplici arabia.

ex omni natione quę ſub cœlo eſt. Facta autẽ hac voce conuenit multitudo & mẽte cõfuſa eſt: qm̃ audiebat vnuſqſq; linguã ſuam illos loquentes. Stupebant autem oẽs & mirabantur: dicentes. Nõne ecce omnes iſti qui loquuntur galilæi ſunt? Et quomodo nos audiuim⁹ vnuſquiſq; linguã noſtram in qua nati ſumus? Parthi: & medi: & elamitæ: & qui habitant meſopotamiã: iudęã: & cappadociã: pontum: aſiam: phrygiam: pãphiliam: ægyptum: & partes libyæ: quę eſt circa cyrenem: & aduenæ romani: iudęi quoq; & proſelyti: cretes & arabes: audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia dei.

¶ Feria. ij. ſequẽti. Aperiẽs Petr⁹ os ſuũ. Ex actibus apoſtolorũ capit. x. In quo poſt Cornelij conuerſionem ponit Petri predicationem. Predicare ⁊ teſtificari. quando dixit eritis mihi teſtes. Viuorũ ⁊ mortuorũ. ideſt bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Omnes ꝓphete. non ſolũ nos q̃ illũ audiuimus. Cecidit ſpũſſanctus in ſigno viſibili. Ex circũciſiõe. i. iudei

¶ Feria. ij. Actuũ apl'oꝝ. Cap. x.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os ſuum dixit. Viri fratres & patres: nobis præcepit dominus prædicare populo & teſtificari: quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt a deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent: remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius: omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc: cecidit ſpũſſanctus ſup oẽs qui audiebãt verbũ. Et obſtupuerũt ex circũciſiõe



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad fidem cõuerſi. In nationes:ideſt in gẽtiles. Nunquid aquam. quaſi dicat:ex quo ſpirituſſanctus preuenit baptiſmum quis prohibet eos baptizari? In nomine ieſu chriſti.quia in primitiua eccleſia ſic baptizabantur.

¶ Feria tertia ſequenti.

Cum audiſſent apoſtoli. Ex actibus Apoſtolorum. ca.viij. In quo poſuit predicationem Philippi:nunc ponit profectionem Petri & Ioãnis in ſamariam que iam crediderat. Spiritũſanctum.qui baptizatis nõdum venerat. quẽ tamen illis ſuperuenientibus acceperũt per manuum impoſitionem.

¶ Feria.iiij.ſequẽti.

Diligite iuſticiã. Ex libro Sapientie.capitulo pmo. Sunt qui dicant librũ illum eſſe philonis iudei. Ambroſius Salomonis eẽ putat. cui omnes fere refragantur. Et eſt hoc libri initium: in quo autor hortatur auditores ad iuſticiam/ſapientiãq amplectendam. Sẽtite de dño:ideſt bñ de illo ſentite. Simplicitate. ideſt innocentia.

fideles qui venerãt cũ Petro:quia & in nationes grã ſpirituſſancti effuſa eſt. Audiebãt enim illos loquẽtes linguis & magnificãtes deum. Tunc reſpõdit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere poteſt: vt non baptizent hi qui ſpiritũſanctũ acceperunt: ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine domini noſtri Ieſu chriſti.

¶ Feria tertia. Lectio Actuum Apoſtolorum. Capitu.viii.

IN diebus illis. Cũ audiſſent apoſtoli qui erant hieroſolymis quia recepit ſamaria verbũ dei: miſerunt ad eos Petrum & Ioãnem. Qui cũ veniſſent: orauerunt ꝓ ipſis vt acciperẽt ſpiritũſanctum. Nondũ enim in quẽquã illorum venerat:ſed baptizati tantũm erant in nomine dñi Ieſu. Tunc imponebãt manus ſuper illos: & accipiebãt ſpiritumſanctum.

¶ Feria.iiii. Lectio libri Sapientiæ. Capitulo.i.

IN diebus illis. Dixit Salomon filiis iſrael. Diligite iuſticiã: qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: & in ſimplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab iis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem ſaulus de terra: apertiſqꝫ oculis
nihil videbat. Ad manus autem illum
trahentes: introduxerunt Damaſcum.
Et erat ibi tribus diebus non videns:
& non manducauit: neqꝫ bibit. Erat
autem quidam diſcipulus Damaſci no
mine Ananias. & dixit ad illum in viſu
dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego
domine. & dominus ad illum. Surge
& vade in vicum qui vocatur rectus: &
quęre in domum iudę ſaulum nomi-
ne Tharſenſem. Ecce enim orat. & vi-
dit virum Ananiam nomine intro-
euntem: et imponentem ſibi manus
vt viſum recipiat. Reſpondit autem
Ananias. Domine audiui a multis de
viro hoc: quanta mala ſanctis tuis fece
rit in ieruſalem. & hic habet poteſta-
tem a principibus ſacerdotum alligā-
di omnes qui inuocant nomen tuum.
Dixit autem ad eum dominus. Vade
quoniam vas electionis mihi eſt iſte: vt
portet nomen meum coram gentibꝰ
& regibꝰ & filiis iſrael. Ego enim oſtē-
dam illi quanta oporteat eum pro no
mine meo pati. & abiit Ananias: & in-
troiuit in domum: et imponens ei ma
nus dixit. Saule frater: dominus miſit
me ieſus: qui apparuit tibi in via qua
veniebas vt videas et implearis ſpiritu
ſancto. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſquamme: & viſum recepit. Et ſurgēs baptizatus eſt. & cum accepiſſet cibū confortatus eſt. Fuit autem cum diſcipulis qui erant Damaſci per dies aliquot. & continuo ingreſſus in ſynagogas: predicabat ieſum: quoniam hic eſt filius dei: ſtupebant autem omnes qui eum audiebant: & dicebant. Nonne hic eſt qui expugnabat ī ieruſalem eos qui inuocabant nomen iſtud? Et nunc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum? Saulus autem multomagis conualeſcebat & confundebat iudeos qui habitabāt Damaſci: affirmans quoniam hic eſt chriſtus.

Tanquam ſquamme ſcilicet piſcium. hoc ē puſtule ſiue ſchare. Huc. ideſt antiochiā.

¶ Brigide virginis. Eccleſiaſtici. Capitulo. li.

DOmine deus meus: exaltaſti ſuper terram habitationem meā: et p morte defluenti deprecata ſum. Inuocaui dominum patrem dn̄i mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee: et in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue. et collaudabo illud in confeſſione: et exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me de perditione: et eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea confitebor: & laudem dicam nomini tuo domine deus noſter.

¶ In feſto Brigide virginis.

DOmine deus meus exaltaſti Ex eccleſiaſtici. capitulo. li. In quo laus et gloria cum gratiarumactione deo datur conferendo mihi vite proſperitatem.

Defluenti. in quam defluimus: aut illa in nos. Deprecatus ſum. vt habeam finē bonum. Patrem domini mei. ideſt meſſie venturi. Tribulationis. ideſt mortis. Superborum. demones intelligit eo tempore ſuperbientes et criminantes. Aſſidue. ideſt horis congruentibus. Exaudita eſt: ideſt ſic faciendo exaudietur. De perditione. ſcilicet gehennea. De tempore iniquo. de hac vita iniquitatib9 obnoxia.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ In feſto beati Ignacij epi ꝛ martyris.

BEatus vir qui inuentus eſt. Ex Eccle. cap. xxxj. vbi legit beatus diues. vbi autor diuitē immaculatū cōmendat: quod rarū eſt ꝛ difficile. vnde in euangelio ſaluator facilius inquit eſt camelum per foramen acus intrare: quam diuitem in regnum celorum. ¶ Poſt aurū. per auariciā.

Sperauit. cōſtituēdo in ea finem ſuum.
Quis eſt hic: quaſi dicat: rarus eſt inuentu.
Mirabilia. quia nihil aliud eſt mirabile niſi quod raro contingit.
Probatus in illo. ſcilicet auro. Potuit trāſgredi. quia diuitie ſūt inſtrumenta ad male agendum. Bona illius. nam pro temporalibus accipit eterna
Eccleſia ſanctorum quia miſericordia illius ab omnibus laudabitur.

¶ Ignacii epiſcopi & martyris. Eccleſiaſtici. Capi. xxxi.

BEatus vir qui inuētus eſt ſine macula: & qui poſt aurū non abiit: nec ſperauit ī pecunię theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eū? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo: et perfectus inuentꝰ eſt: & erit illi gloria ęterna. Qui potuit trāſgredi et non eſt tranſgreſſus: et facere mala: et non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona ipſius in domino: et eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum.

¶ Purificatio beatę Marię virginis. Lectio Malachię prophetę. Ca. iii.

HAec dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum: & pręparabit viam ante faciē tuā. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos quęritis:

¶ In feſto purificationis beate marie virginis.

ECce ego mitto angelum meū. Ex malachia propheta capitul. iij. In quo precipue agitur de xpi aduentu atꝗ eius precurſore Joanne baptiſta ꝛ de preſentatione in templo quod feſtum dicitur purificationis. Mitto angelum meū. ideſt Joannem nuncium ſiue precurſorem. Ante faciem tuam. ad chriſtum dirigitur ſermo. Siue meam. quia eadem eſt diuinitas patris ꝛ filij. Veniet ad templum. hoc facit ad feſtum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Teſtamenti.ſcʒ noui. Ecce venit.pro veniet ad iudicium finale. Stabit.i.ſtare poterit pre fulgore. Herba fullonũ.q̄ in Hieremia dicitur Borith.Hiſpane xabonera. Emũdans argentũ.ideſt animas quaſi argentũ. Filios leui.i.ſacerdotes. Colabit eos.i.mũdabit q̄ſi per colũ. Dies ſeculi.i.ſacrificiũ antiquũ abel iuſti.Cetera patent.

& angelus teſtamẽti quẽ vos vultis. Ecce venit:dicit dñs exercituũ.Et qs poterit cogitare diẽ aduẽtus eius? Et quis ſtabit ad videndũ eum? Ipſe em̃ quaſi ignis cōflans: & quaſi herba fullonũ. Et ſedebit cōflans: & emũdās argẽtũ: & purgabit filios leui. & colabit eos quaſi aurũ:& quaſi argentũ:& erũt domino offerẽtes ſacrificia in iuſticia. Et placebit dño ſacrificium iuda & hieruſalem:ſicut dies ſeculi & ſicut anni antiqui. Dicit dñs omnipotens.

¶Cathedra ſancti Petri. Lectio beati Petri apoſtoli. prima. Capi.i.

PEtrus apoſtolus Ieſu chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti: Galatiæ: Cappadociæ: Aſiæ & Bithiniæ ſecundum preſcientiam dei patris in ſanctificationem ſpiritusˢ: in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis & pax multiplicetur. Benedictus deus:& pater domini noſtri Ieſu chriſti:qui ſecũdum magnã miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem vitę ęternę per

¶In cathedra.ſ.petri

PEtrus apl's ieſu chr̄i. Ex p̄ma petri ep'la.c.j.nam duas ſcripſit ep'las:quarum hāc primam ſcribit ad eos q̄ de gẽtilitate fuerãt ꝯuerſi:ideo dicit aduenis. pōt fieri vt fuerint hebrei tñ ꝑegrini: qꝛ dicit diſpſionis. Pōti galatie.oẽs he regiones ſunt Aſie maioris ad quas nũc ſiluanus proficiſcebaẗ. Scd̄m preſcientiã. hoc referẗ ad illō qꝰ dixit electis. Spũs.ſ.ſancti: cui attribuitur ſanctificatio. In obedientia. quia fuit obediens patri vſ ꝙ ad mortem. Et aſperſionem.vnde om̃ia ſacramẽta efficaciam habẽt. Gratia vobis. verba ſunt ſalutatiōis in epiſtolarum principíjs. Benedictus deꝰ proſequiẗ epiſtolam. Regenerauit nos. ꝑ baptiſmum. In ſpem viuam.ideſt certam & ſolidam. Per reſurrectionẽ,vnde habemus

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

ſpem reſurgendi. In hereditatem incorrupti.ideſt que nunq̃ terminatur. In vobis.ideſt pro vobis. Cuſtodimini per fidem.perſeuerantes in bono. In tempore nouiſſimo:ideſt in finali iudicio.in quo omnia occulta reuelabuntur. In quo exultabitis.eternaliter. Modicū nunc.ideſt temporaliter. Probatio fidei.in tribulationibus. Quod ꝑ ignem probatur.ſicut vos ꝓbamini ꝑ tentationes. Inueniatur.ideſt cedit vobis in laudē ꝛc. In reuelatione ieſu chriſti.ideſt in die iudicij vt diximus.

¶ In feſto ſancte Helene.

Mulierē fortē q̄s inueniet? Ex libro Prouerbioꝝ Salomonis.c.xxxj.que ſit hec mulier fortis īter expoſitores nō ſatis cōſtat:ſꝫ p̄ma frōte videt̄ Salomō intelligere ꝓbā matronā atq; rei familiaris ꝓuidam gubernatricē. Quis inueniet.quaſi dicat tantum bonū raro pōt inueniri. Precium eiꝰ. q2 huiuſmodi mere p̄cioſa eſt. Nō indigebit.q2 bonum habebit ſupellectili cuncta ornatā. Ei bonum.ſcilꝫ ſponſo ſuo. Lanā ꝛ linū.ideſt materiam vnde faciat veſtes ꝛ ſupellectilia. Cōſilio.i.arte nendi ꝛ texēdi. Nauis inſtitoris.i.mercatoris a lōge portanti merces ſuas. Surrexit.i.ſummo mane:vt cōpa-

reſurrectiōem ieſu chriſti ex mortuis in hęreditatem īcorruptibilem & incontaminatam: & immarceſſibilē:cōſeruatam in celis: in vobis qui in virtute dei cuſtodimini per fidem:in ſalutē paratam reuelari in tempore nouiſſimo. In quo exultabitis modicū nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus:vt probatio veſtræ fidei multo precioſior ſit auro quod per ignem ꝓbatur.vt inueniatur in laudem & gloriam honorē & reuelationē Ieſu chriſti domini noſtri.

¶ Lectio ſanctæ Helenę. Prouerbiorum. Capitulo.xxxi.

Mulierem fortem quis inueniet:procul & de vltimis finibus preciū eius. Confidit in ea cor viri ſui: & ſpoliis nō indigebit. Reddet ei bonū & non malum: omnibus diebꝰ vitæ ſuę. Quęſiuit lanā & linū: & opata eſt conſilio manuū ſuarū. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de lōge portās panē ſuū. De nocte ſurrexit:de-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ditqꝫ prædam domeſticis ſuis: & ciba
ria ancillis ſuis. Conſiderauit agrū &
emit eum: de fructu manuum ſuarum
plantauit vineam. Accinxit fortitudi-
ne lūbos ſuos: & roborauit brachiū
ſuum. Guſtauit & vidit quoniam bo-
na eſt negociatio eius: nō extinguetur
in nocte lucerna eius. Manum ſuā mi
ſit ad fortia: & digiti eius apprehende-
runt fuſum. Manum ſuam aperuit in-
opi: & palmas ſuas extendit ad paupe-
rem. Non timebit domui ſuę a frigo-
ribus niuis: oēs em̄ domeſtici ei⁹ veſti-
ti ſunt duplicib⁹. Stragulatam veſtem
fecit ſibi: byſſus & purpura indumen
tum eius. Nobilis in portis vir eius:
quando ſederit cum ſenatoribus ter-
ræ. Sindonem fecit & vendidit: & cin
gulum tradidit chananæo. Fortitudo
& decor indumentum eius: & ridebit
in nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapien
tiæ: & lex clementiæ in lingua eius.
Conſiderauit ſemitas domus ſuæ: &
panem ocioſa non comedit. Surrexe-
runt filii eius: & beatiſſimam prædica
uerunt: & vir eius laudauit eam. Multę
filiæ congregauerunt diuitias: tu ſu-
pergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia &
vana eſt pulchritudo: mulier timens
deū ipſa laudabitur. Date ei de fructu
manuum ſuarum: & laudent eam in
portis opera eius.

¶ Gregorii pappę. Eccl'ia. Cap. xlvii.

ret cibos familie. Pre
dā. in hebreo habet an
nonā. Agrū. aptū plā
tationi. Manuū ſuarū:
quē aliūde lucrata ē.
Lūbos ſuos. i. libidinē
repreſſit. Brachiū ſuū
ad fortiter agēdū. Ne
gociatio. in his q̄ ſupra
memorauit. In no-
cte, per quam poteſt in
telligi mors. Ad for
tia. In hebreo eſt ad
vertibulum / hoc eſt
circulum qui fuſo ap-
penditur. A frigo-
ribus niuis. ideſt ab
hyeme. Duplicib⁹.
indumentis duplica-
tis. Stragulatam
veſtem. ideſt que ſter-
ni poſſit in lecto / aut
in ſolo aut menſa.

Byſſus. genus li-
ni. Purpura. qua
byſſus inficitur.
Nobilis. quia ex vxo
re honor illi accedet.
Chananeo. hic pro
mercatore ponit: alio-
qui nomen eſt patrie.
In die nouiſſimo. id-
eſt iudicij. Gra. & pul-
chritudo. que dotes ī
muliere cū etate fluūt.
Laudabitur. ſcilꝫ ſi-
ne fine. In portis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vbi eſt hominū concurſus frequens.

¶ In feſto Gregorij pappe. Confeſſionē ſancto ſuo ⁊ excelſo. Ex Eccleſiaſtico.ca.xlvij. In quo loco autor laudes Dauid regis pſequitur.q̄ poſſunt accōmodari pōtifici Gregorio:dicēs. In oi opere dedit cōfeſſionē ſancto.i.deo q̄ ſanctus ſanctoꝝ eſt. In v̄bo glorie.i.gloriā de omnibus attribuēdo. Dedit potentiā.ſ.de⁹ ipi Dauid: aut qđ Dauid ipſum deum dixit potentem et ſibi adiutorē. Cantores. quos Dauit inſtituit cū holocauſtū/ et res diuina peragebatur. Modos.i.modulationes pſalmoꝝ. Dedit deus. ideſt honores. Orauit tēpora ideſt feſta p annū digeſta. Chriſt⁹.i.de⁹ homo. Peccata ipſi⁹.ſ. Dauid adulteria ⁊ homicidia. Cornu ipſi⁹. ideſt regni potētiā ⁊ dignitatē. Que ſequunt̃ aliūde ſunt ⁊ patent.

Dedit dominus confeſſionē ſancto ſuo: & excelſo in verbo gloriæ. De omni corde ſuo laudauit dominū: & dilexit deum qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam. Et ſtare fecit cantores contra altare: & in ſono eorū dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus deus: & orauit tēpora vſq; ad cōſummationem vitæ. Chriſtus purgauit peccata ipſius: & exaltauit in æternum cornu ipſius. Sapientia laudabit aīam ſuā: & in dño honorificabitur: & in medio populi ſui gloriabit̃: & in plenitudine ſancta admirabit̃. Et in multitudine electorum habebit laudem: & inter benedictos benedicetur.

¶ In feſto Gabrielis archangeli.

Ecce vir Gabriel. Ex Daniele pphcta. c.ix. In q̄ poſt orationē Danielis ponitur reuelatio illi facta per gabrielē. Vir Gabriel: ideſt angelus in ſpecie viri. A principio.ſcilicet in capite precedenti. Tetigit me.i.excitauit. Sacrificij veſpertini.nā p totā diem orauerat vſq; ad veſperā. Egreſſus ſum.ſ.a deo ⁊ veni ad te.

¶ Gabrielis archangeli. Lectio Danielis prophetæ. Cap.ix.

Ecce vir Gabriel: quem viderā in viſione a principio cito volans tetigit me: in tempore ſacrificii veſpertini docuit me: & loquut⁹ eſt mihi: dixitq; Danieli. Nūc egreſſus ſum

Egreſſus eſt ſermo: ideſt dei ſententia de futuris. Uir deſideriorū. ideſt deſiderās ſcire futura. Animaduerte. illū facit beniuolū & attētū.

Septuaginta hebdomade. eſt hebdomada ſeptē dierū: ſeptē mēſiū: ſeptē annorū: ſeptuaginta annorū ſicut hoc in loco. vbi per ſeptuaginta hebdomadas intelliguntur quadringenti nonaginta anni: vſq; ad chriſti aduentū. Abbreuiate ſūt. i. regiſtrate in dei ꝓſcientia. Finem accipiat peccatū. per chriſti paſſionem. Propheta. ſ. de chriſto predicta. Ungatur ſanct⁹. vnde meſſias interpretatur vnctus.

vt docerem te: & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo. Ego aūt veni vt iudicarē tibi: quia vir deſideriorum es. Tu vero animaduerte ſermonem: & intellige viſionē. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatę ſunt ſuper populum tuum: & ſuper vrbem ſanctam tuam vt conſumetur præuaricatio: & finem accipiat peccatum: & deleatur iniquitas: & adducatur iuſticia ſempiterna: & impleatur viſio & prophetia: & vngatur ſanctus ſanctorum.

¶ Georgii martyris. Lectio libri bri Sapientiæ. Prouerbiorum. Capitulo. x. et. xi.

Expectatio iuſtorū lęticia: ſpes aūt impiorū peribit. Fortitudo ſimplicis via dñi: & pauor his q operantur malū. Iuſt⁹ in æternū nō cōmouebitur: impii aūt nō habitabūt in terra. Os iuſti parturit ſapientiā: & lingua prauorū peribit. Labia iuſtorum cōſiderant placita: os aūt impiorū peruerſa. Simplicitas iuſtorū diriget eos: & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos. Iuſticia rectorum liberabit illos: & in inſidiis ſuis capientur iniqui. Iu-

¶ Georgii martyris. Expectatio iuſtorū leticia. Ex libro Prouerbiorū. c. x. In quo Salomō filiū inſtituens cōtinuat ꝓcepta et admonitiōes ſuas. Leticia. quoniam beatitudinem ſequitur voluptas. vt Ariſtoteles lib. x. Ethicorū ſcribit. Uia dñi. i. eius iuſticia ſimplices premiando. Nō cōmouebitur. a ſtabilitate virtutis. Os iuſti. alios docendo. Placita deo. & viris bonis. Diriget eos. ſ. in beatitudinē. Supplātatio. qua decipiunt ſimplices. Iuſticia rectorum. ſubaudi iudicium. Iu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtus de anguſtia.ſicut dauid & alii ſancti. Impius.ſicut Abſalon ꝓpter ipietatē in patrē. Simulator ore.i.hypocrita adulator. Sciētia.per quā ſciunt diſtinguere inter amicū & adulatorē. In bonis iuſtorum.i.q̄ ꝓcurāt reipublice vtilitatē. Erit laudatio.q2 laudabit q̄ perdit impios. Benedictione iuſtorum.idest oratione.

¶In feſto Marci euangeliſte.

Similitudo vult9 quattuor aīaliū. Ex Ezechiele ꝓpha.c.i. In quo ponit viſio p̄ſidēs & q̄ttuor animalium: per quos intelligimus quattuor euangeliſtas: quorum vn9 eſt Marcus qui vitulo aſſimilatur. A dextris.a parte dextra re ſpectu prophete viſionem vidētis. Facies aquile.que erat deſuper in parte ſuperiori. Extēte deſuper. quia videbant reſpicere ſuperiora. Iungebantur in extremitatibus. Due.que nō erant extente ad volandum. Ambulabāt. nō circūagēdo corpus. Quaſi carbonum ignis. ideſt fulgētia quaſi ignis ex carbonibus. Lāpadarum.i.faſciū ardentiū. Hec erat viſio.ſcilicet ignis & fulgur erumpens ex medio.

ſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradet̄ impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti liberātur ſcientia. In bonis iuſtorū exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iuſtorum exaltabitur vt ciuitas.

¶Marci euangeliſtæ. Lectio Ezechiæ ꝓphetæ. Cap.i.

Similitudo vult9 quattuor animalium: facies hoīs & facies leonis a dextris ipſorū quattuor. Facies autē bouis a ſiniſtris ipſorū quattuor. Et facies aquilæ deſuper ipſorū quattuor. Et facies eorū & pennæ eorū extentę deſuper. Duę pēnæ ſingulorum iungebātur: & duę tegebant corpora eorū. Et vnūquodq3 eorꝶ corā facie ſua ambulabat. Vbi erat impetus ſpūs: illuc gradiebant̄: neq3 reuertebātur cū ambularēt. Et ſimilitudo animaliū & aſpectus eorū: quaſi carbonū ignis ardentium: & quaſi aſpectus lampadarum. Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium. Splendor ignis: & de igne fulgur egrediens. Et aīalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ In feſto ſancti Petri martyris.

Nemo militans deo. Ex epiſtola.ij.ad Tymotheum.ca.ij. In quo apoſtolus hortatur illum vt ſit ſollicitus in officio predicandi. Militans deo.in officio alios docendi. Cui ſe probauit.i.approbari voluit cui⁹ ſeruitio ſe deuouit. In agone.in ludis olympicis vbi victores coronantur: ⁊ ita in nr̃a religione. Laborantem agricolã. exẽplo agricole dicit predicatorẽ: vbi laborat ĩde debere victũ accipere. Intellige que dico. quia loquor tibi in figuris et exemplis. Memor eſto. premiũ laborantibus proponit. Secundum euangelium meum. quod accepi a chriſto predicandum. Uſq; ad vincula. videtur Paulus eſſe in carcere quo tempore hanc epiſtolã ſcribit. Quaſi male operãs. ideſt facinoroſus. Alia expoſita ſunt.

¶ Petri martyris. Beati Pauli ad Timotheum.ii. Capitulo.ii.

Nemo militãs deo: implicat ſe negociis ſecularibus/vt ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agone: nõ coronabitur: niſi legitime certauerit. Laborantem agricolã oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico. Dabit eñ tibi deus in om̃ibus intellectum. Memor eſto dominum ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſecundũ euangeliũ meũ in quo laboro vſq; ad vĩcula: quaſi male operãs. Verbum dei nõ eſt alligatum. Ideo omnia ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutem conſequantur: quæ eſt in chriſto ieſu cum gloria cœleſti.

¶ In feſto Philippi ⁊ Jacobi.

Stabunt iuſti in magna conſtantia. Ex libro Sapientie capitulo q̃nto in fine capitis ſuperioris dixit in die iudicij quales erunt mali. Nunc vero quales iuſti. In magna conſtantia.cũ chriſto iudicãtes. Qui ſe anguſtia.nocẽdo illis. Labores eoꝝ.i.bona q̃ laborauerunt. Vidẽtes.ſcʒ mali.

¶ Philippi & Iacobi. Lectio libri Sapientiæ. Capitulo.v.

Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: & qui abſtulerũt labores eorum. Vidẽtes turbabuntur in timore

Mirabuntur.ſcꝫ illos quos leſerāt in glīa poſitos. In ſubitatio-
ne:ideſt nō ſperatā ſalutē ſubito pueniſſe. Dicētes intra ſe.nō expri-
mit tamē qd dicant. Penitentiā.q̄ tamen nihil ꝓficiat illis:ſed no-
ceat. In deriſum.i.quos deridebamus. Improperij.i. opprobrij.
Inſenſati.i.futuroꝝ imꝓuidi. Inſaniā.q꜡ cōtemnebant bona tē-
poralia. Sine hono-
re.q꜡ moriebanť quaſi
ignominioſi ⁊ nocētes.
Inter filios dei.quos
ſibi heredes inſtituit.

horribili:& mirabuntur in ſubitatio-
ne inſperatę ſalutis:dicētes intra ſe:pœ
nitentiam agētes:& præ anguſtia ſpiri
tus gementes. Hi ſunt quos aliquando
habuimus in deriſum:& in ſimilitudi
nem improperii. Nos inſenſati vitam
illorum ęſtimabimus inſaniam: & fi-
nem illorū ſine honore. Ecce quomo
do cōputati ſunt inter filios dei; & in-
ter ſanctos ſors illorum eſt.

¶ In feſto inuētio
nis ſancte Crucis.

Confido de vo-
bis in dn̄o. Ex
epiſtola Pauli ad Ga
lathas cap̄.v.et.vj. In
quibus dicit apoſtolꝰ
ſe bene de galatis ſpe
rare:⁊ quod monitio-
nes ſuas ſeruabant.
Nihil aliud. quā qđ
a me vobis ꝑdicatum
eſt. Cōturbat vos di-
cens:qđ ſine circūciſio
ne ſalui eſſe non pote
ſtis. Judiciū.i.penā.
Quid perſecutionem
patioꝛ. quia nō ob aliā
rem perſequuntur me
iudei. Scandalum
crucis. quia hoc erat
quod iudei ſcandaliza
bantur quod predicabat chꝛiſtum crucifixū atꝙ legem moſaicā au
ferebat inducens chꝛiſti nouam. Abſcindantur.ideſt a nobis ſepa
rentur. Conturbant vos:dicentes circūciſionem neceſſariā ad ſa-
lutem. Quicunꝙ volūt placere.q̄ ſequunť ſunt ex capite.vj.multis
verbis interpoſitis. In carne.ꝑdicando legalia ſimul cū euāgelio.

¶ Inuentio ſanctæ Crucis. Beati
Pauli ad Galatas. Cap.v.&.vi.

FRatres. Confido de vobis in do
mino : ꝙ nihil aliud ſapietis.
Qui autem conturbat vos:por-
tabit iudicium: quicunꝗ eſt ille. Ego
autem ſi circunciſionem adhuc præ-
dico: quid adhuc perſecutionem pa-
tior. Ergo euacuatum eſt ſcandalum
crucis. Vtinam & abſcindātur qui vos
conturbant. Quicunꝗ em̄ volūt pla-
cere in carne:hi cogūt vos circuncidi:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tantū.i.hoc faciunt ne iudeos offendāt timentes illorū perſecutio
nem ꝓpter christum. Legem cuſtodiunt.q2 in pleriſqꝫ preuarican=
tur. In carne veſtra.i.q̄d fecerint vos.p circūciſionē ſue opinionis.
Alia patent. ¶ In feſto Gordiani ⁊ Epymachi.
Reddet deus mercedē laborum. Ex libro Sapiētie.cap.x. In

tantū vt crucis chr̄i pſecutionē nō pa
tiant̄: neqꝫ eñ q circūcidūt̄: legē cuſto
diūt. ſed volūt vos circūcidi: vt ī carne
vr̄a glorient̄. Mihi aūt abſit gl'iari: niſi
in cruce dn̄i noſtri Ieſu chr̄i. Per quē
mund⁹ crucifixus eſt: & ego mundo.

¶ Gordiani & Epimachi. Lectio
libri Sapientiæ. Capitulo.x.

R Eddet de⁹ mercedē laborū ſan
ctorū ſuorū: & deducet illos in
via mirabili: & fuit illis in vela=
mento diei: & in luce ſtellarū p nocte.
Trāſtulit illos p mare rubrū: & trāſue=
xit eos p aquā nimiā. Inimicos aūt il=
lorū demerſit ī mare: & ab altitudine
inferorū deduxit illos. Ideo iuſti tule=
rūt ſpolia ipiorū: & decantauerūt dn̄e
nomē ſanctū tuum. Et victricē manū
tuā laudauerūt pariter dn̄e de⁹ noſter.

¶ Sācti Iuonis. Lectio libri
Sapientię. Capitulo.x.

I Vſtum deduxit domin⁹ p vias re=
ctas: & oſtendit illi regnum dei: &
dedit illi ſcientiam ſanctorum. Ho

originali ē reddidit iu
ſtus.ſcꝫ iudeis exeun=
tibus ex egypti quib⁹
precepit vt ſpoliarent
egyptios quaſi iuſte id
facerent pro mercede
ſuoꝝ laborū. In via
mirabili.i.per ſiccū in
medio mari. In vela
mento diei. per nubē.
In luce ſtellarū. per
ignem. Inferorū.i.a
profunditate maris.
Tulerunt ſpolia.ſ.egy
ptiorū in mari extin=
ctorū. Decantauerūt.
ſcꝫ canticū illud quod
ſcriptum eſt. Exod.xv.
hoc eſt cātem⁹ dn̄o. Sꝫ
officij huius cōcinna=
nator mutauit tpa ex
preterito in futurum.

¶ In feſto ſancti
Iuonis.

I Uſtū deduxit do
minus. Ex libro
Sapiētie.cap.x.vbi lo
quitur de Jacob pro=
fugo. Nam in origi=
nali habetur.hec autē profugum ire fratris iuſtum deduxit. ſcꝫ Ja=
cob: ⁊ nunc Iuonem. Regnū dei. quādo vidit ſcalā cuius ſummi=
tas tangebat celum. Sanctorū.ſcꝫ angeloꝝ aſcendentiū ⁊ deſcen=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dentium. In laboribꝰ ſeruientē Laban ſocero ſuo. Labores illius. accipiētis loco mercedis vxores duas. Ab inimicis. a Labā ⁊ filiis illius: ex Gen̄. c. xxxj. Certamen forte. quia luctatus eſt cum angelo Geneſis. xxxij. Ut vinceret. ſcilicet Eſau fratrem ſuum. Uenditum iuſtum. ideſt Joſeph quē fratres vendiderūt Iſmaelitis. A peccatoribus. ideſt a fratribꝰ in eum peccantibus. Deſcendit in foueam. ideſt carcerē in quem miſſus eſt ob ſimulatum ſtuprum. Sceptrum ⁊ potentiam. q̄ illi Pharaon cōmunicauit. Deprimebant. criminātes illū apud regem.

¶ In feſto Nicomedis ⁊ Reueriani.

Spectaculum facti ſumꝰ. Ex prima ad Corinthios epiſtola capitulo. iiij. In quo apoſtolꝰ aſſignat cauſam quare cōtemnebatur omnibus.

Spectaculum. ideſt mōſtrum ad quod videndum omnes concurrebāt admirantes illorum patientiam.

Angelis. quia angeli etiam ſtupebant.

Stulti opinione. male de nobis ſentientiū.

Uſqꝫ in hāc horam. ſcilicet a tēpore quo fidem recepiſtis. Inſtabiles ſumus. i. non habemꝰ domicilium ſta-

neſtauit illū in laboribus: & compleuit labores illius. In fraude circūuenientium illum affuit illi: & honeſtū fecit illum. Cuſtodiuit eū ab inimicis: & a ſeductoribus tutauit eū: & certamē forte dedit illi vt vinceret: & ſciret qm̄ omnium potētior eſt ſapientia. Hæc venditum iuſtū non dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eū. Deſcēditqꝫ cū illo in foueā: & in vinculis non dereliquit eum: donec afferret illi regni ſceptrum & potentiā aduerſus eos qui eū deprimebāt: & mēdaces oſtendit qui maculauerunt illū: & dedit illi claritatē æternam dominus deus noſter.

¶ Nicomedis & Reueriani. Lectio ad Corinthios. i. Capitulo. iiii.

FRatres. Spectaculum facti ſumꝰ mūdo & angelis & hoibꝰ. Nos ſtulti ꝑpter chriſtū: vos aūt prudentes in chriſto. Nos īfirmi: vos autē fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Vſqꝫ in hanc horam: & eſurimꝰ & ſitimus: & nudi ſumus & colaphis cædimur: & inſtabiles ſumus: & labo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bile. Manibus noſtris.qđ apoſtolus faciebat ne alios grauaret. Maledicimur.qđ iubet chriana religio. Blaſphemamur. et oramus ꝓ blaſphemātibus. Purgamenta.i.immūdicie. Omniū peripſema.i.putamē ſiue ramentū a peripſao: quod eſt rado radis.

¶ In feſto ſanctorum Marcellini ꝛ Petri.

ramus operātes manibus noſtris. Maledicimur & benedicimus. Perſecutionem patimur: & ſuſtinemus. Blaſphemamur & obſecramꝰ. Tanꝗ purgamenta huius mūdi facti ſumꝰ omniū peripſema vſqȝ adhuc. Non vt cōfundā vos hæc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo: in chriſto ieſu domino noſtro.

¶ Marcellini & petri martyrum. Apocalypſis. Capitulo.vii.

IN diebus illis. Reſpōdens vnus de ſenioribꝰ dixit mihi. Beati qui amicti ſunt ſtolis albis. Qui ſunt & vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi: tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt qui venerunt de magna tribulatione: & lauerunt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Ideo ſunt ante thronū dei: & ſeruiūt ei die ac nocte in templo eius. Et qui ſedet in throno: habitabit ſuper eos. Non eſurient neqȝ ſitient amplius: neqȝ cadet ſuper eos ſol neqȝ vllus æſtus. Quoniam agnus qui in medio throni eſt/reget eos: & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Et abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Reſpōdens vnꝰ de ſenioribꝰ. Ex libro Apocalypſis. ca. vii. In quo Joannes inſtruitur de predictis martyrum nomine. Qui ſunt? ſenior ille Joānem interrogat. Sȝ ioānes dicit ſe neſcire: atqȝ a ſeniore doceri petit. Tu ſcis. ſcȝ qui cum illis agis. De tribulatione.ſcilȝ martyrū. In ſanguine agni. quem et ipſi pro eius nomine fuderunt. Ante thronum dei. vidētes eum facie ad faciē. Habitabat. quia nō poſſunt ab eo auelli. Nō eſurient.i. nullā calamitatē patientur. Ad fontes aquarum. qꝛ dixit de ſole ꝛ de eſtu: in quibꝰ homines ſitire cōſueuerūt. Omnē lachrymam.quia non habebūt materiā. vnde poſſint illachrymare.

¶ In feſto ſanctoꝝ Quirici ꝛ Julite.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IUſti aũt in perpetuũ viuẽt. Ex libro Sapiẽtie.c.v. In quo poſuit autor ſtabilitatẽ iuſtoꝝ. Viuẽt.ſcʒ vitã glorioſam. Merces eorũ.nõ in hac vita ſed in futura. Apud altiſſimũ.ad quẽ oĩa referunt. Regnũ ⁊ diadema.qꝛ regnabũt cũ eo coronati. Reget eos.reſponẽdo in beatitudine. Brachio ſuo. qꝛ ꝓteget ne poſſint amittere felicitatem ſemel adeptam. zelus illius ad vlciſcendos.ſ.iniquos. Creaturã.i.hoĩes ĩ vltionẽ: ⁊ q̄ ſint arma illa ſubdit. Pro thorace ⁊ galea. qꝛ nõ poterit deflecti a rectitudine vlla vi. Scutũ inexpugnabile. idem ex alia armatura dicit. Emiſſiões.ſ.fulgurũ ⁊ fulminũ q̄ ĩ illos mittent ĩ certũ locũ.qꝛ in interitũ indubitatum.

¶ In feſto Geruaſii ⁊ Prothaſij.

SCimꝰ qm̃ diligẽtibꝰ deũ. Ex ep̄la ad Roma.c.viij. In q̊ oſtẽdit q̊d ꝑmiũ conſequant deo adherẽtes: illiũq; diligẽtibꝰ q̊d bonũ ꝯſequat. Scd̃m ꝓpoſitũ.i. p̄deſtinatiõez. Quos preſciuit.ſ. futuros ſanctos. hos p̄deſtinauit ⁊ nõ alios. Imagini filij eiꝰ. qꝛ in hoc ſumus ſimiles: quoniã heredes diſſimiles: qꝛ adoptiui:illi aũt p naturam. Ipſe primogenitus nos aũt

¶ Quirici & Iulitæ. Lectio libri Sapientiæ. Capitulo.v.

IVſti autem in perpetuum viuẽt: & apud dominũ eſt merces eorum: & cogitatio illorũ apud altiſſimũ. Ideo accipient regnum decoris: & diadema ſpeciei de manu domini: quoniam dextera ſua reget eos: & brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius: & armabit creaturam: ad vltionem inimicorum. Induent pro thorace iuſticiam: & accipient pro galea iudicium certum. Sument autẽ ſcutũ inexpugnabile ęquitatem: ibunt directæ promiſſiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noſter.

¶ Geruaſii & Protaſii. Lectio ad Romanos. Capitulo.viii.

FRatres. Scimus quoniam diligẽtibus deum: omnia cooperantur in bonum: his qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribꝰ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poſt illū adoptiui. Quos p̄deſtinauit. ex quo infertur q̄ nemo venit ad illū niſi ſit a deo tractus. Quid dicemus ad hec: quaſi dicat heremus ꝛ neſcim⁹ quid dicamus. Si deus ꝑ nobis. ſubaudi ſtat ſine pugnat. Quis ꝯtra nos: ſubaudi erit. q̄ſi dicat: nullus. Pro prio filio. ſcilicet naturali. Tradidit illum. ſcilicet morti. Cum illo. nam non ſolum filium nobis donauit: ſed etiam cum illo omnia alia. Quis accuſabit. ſcilicet in die iudicij. quaſi dicat: nemo. Qui iuſtificat. et feret pro electis ſententiam. Quis eſt qui condemnet. nemo quoq; quoniam habemus iudicem fauorabilem. Interpellat pro nobis. ꝛ ita tollitur omnis cauſa condemnationis.

Quis ergo. concludit ex ſuperioribus ad herēdum eſſe chriſto.

Sicut ſcriptum eſt. pſalmo. xliij. Mortificamur. ideſt ad mortem per tormenta ducimur. Propter eū qui dilexit nos. ſ. propter chriſtum. Que ſequuntur clara ſunt.

Quos aūt predeſtinauit: hos & vocauit. Et quos vocauit: hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit: illos & magnificauit. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si deus ꝑ nobis: quis cōtra nos? Qui etiam ꝓprio filio ſuo nō pepercit: ſed pro nobis omib⁹ tradidit illū. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus ieſus qui mortuus eſt: immo & qui reſurrexit: qui eſt ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit a charitate chriſti? Tribulatio: an āguſtia: an perſecutio: an fames: an nuditas: an periculū: an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his oibus ſuperamus ꝓpter eū qui dilexit nos. Cert⁹ ſum enim: quia neq; mors: neq; vita: neq; angeli: neq; principat⁹: neq; poteſtates: neq; virtutes: neq; īſtātia: neq; futura: neq; fortitudo: neq; altitudo: profundum: neq; creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei: quæ eſt in chriſto Ieſu domino noſtro.

¶ Vigilia ſancti Ioānis baptiſtæ.
Hieremiæ ꝓphetæ. Capitu. i.

¶ In vigil. ſ. Ioānis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

FActum eſt verbũ dñi ad me. Ex Hieremia ꝓpheta cap. j. que de Hieremia hoc in loco dicunt accõmodãtur ioãni baptiſte. Priuſq̃ te formarẽ. Vba ſunt dei ad Hieremiã. Noui te. ſ. noticia ꝑdeſtinationis. Sãctificaui te. purgãdo ab originali pc̄to. Prophetam. i. officiũ ꝓphetãdi dedi. A a a. verba ſunt Hieremie excuſantis ſe ab eo munere: et eſt interiectio recuſantis apud hebreos duarũ ſyllabarum. Puer ſum. infans non potẽs loq̄. Miſit manũ ſuã. hoc viſum eſt prophete viſione imaginaria. Super gẽtes. nõ ſolũ ſup hebreos ſ; etiã ſup gẽtiles. Euellas/diſperdas ⁊c. i. denũcies euellãda ⁊ diſpdẽda: ⁊ eodẽ modo q̄ ſequũtur.

¶ In die feſto ſancti Ioãnis.

PRimus ad ſion dicet. Ex Eſaia ꝓpheta partim. xlj. et partim. xlij. ⁊ ad lr̃am exponit̃ de liberatiõe populi iſraelitici/de captiuitate babylonis. Prim⁹. ideſt deus qui eſt primus ⁊ nouiſſimus. Ad ſion. ad habitatores hieruſalem. Adſum. vt vos liberem. Euangeliſtam. ideſt bonum annũciãtem. hoc eſt propheſiã. Ecce ſeru⁹ meus.

IN diebus illis. Factum eſt verbum domini ad me: dicens. Priuſquam te formarem in vtero noui te: & antequã exires de vulua ſanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te: & dixi a/a/a/domine deus. Ecce neſcio loqui: quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer ego ſum: quoniam ad omnia quę mittam te ibis: & vniuerſa quæ mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum ſum: & eruam te dicit dominus. Et miſit dominus manum ſuam: & tetigit os meum. Et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes: & regna: vt euellas & deſtruas: & diſperdas: & diſſipes: & ædifices: & plantes. Dicit dominus omnipotens.

¶ In die ſancti Ioãnis baptiſtæ. Eſaiæ ꝓphetæ. Cap. xli. & xlii.

HAec dicit dñs de⁹. Prim⁹ ad ſiõ dicet: ecce adſum: & hieruſalẽ euãgeliſtam dabo. Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum: electus me⁹ complacuit ſibi ĩ illo anima mea. Dedi ſpiritum meũ ſuper eũ: iudicium genti-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc ex capitulo. xlj. de chriſto cõmodius intelligitur quem ſeruũ vocat: quia homo eſt. Spiritũ meum. plenitudinem gratie ſpiritus ſancti. Non clamabit. contentioſe. Vox foris. quia non predicauit niſi iudeis: quia miſſus eſt ad oues que perierunt de iſrael. Calamũ quaſſatum. ideſt populum gentilem. Lignum fumigans. ideſt populum iudaicum. Educet iudicium. ideſt iudicabit. Inſule. habitatores inſularum. vt Cyprus: Sicilia: Rhodus. Creans celos. quia ſicut celum creauit ita ꝛ hominem ſaluabit. Flatum. ideſt ſpiritum vitalẽ. Vocaui te in iuſticia. quia chriſtꝰ ſatiſfecit ꝓ peccato Adam: quod fuit opus iuſticie. In fedus populi. quia eius ſanguine firmatũ eſt teſtamentum ꝛ pactũ hominis cum deo. Lucem gentiũ. de qua Lucas. Lumen ad reuelationem gentium. Contabuerunt hoc Ex. xlvj. capite ſumptum eſt. Contrita ſunt. ſcilꝫ idola. Anima eorũ. ideſt ſacerdotum qui in captiuitatem ſunt ducti. Qui portamini a meo vtero. ideſt qui vobis afficior vobis quaſi filijs quos genui. Vſq; ad canos. ideſt vſq; ad ſenectutem. Aſſimilaſtis me. fabricãdo idola. Redemptor noſter. hoc aliunde ſumptum eſt.

bus proferet. Non clamabit nec accipiet perſonam: neq; audietur foris vox eius. Calamum quaſſatũ non cõteret: & lignum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium. Non erit triſtis nec turbulẽtus: donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt. Hæc dicit dominus deus creãs cœlos & extendẽs eos: firmans terram: & quæ germinant ex ea: dans flatum populo qui eſt ſuper eam: & ſpiritum calcantibus eam. Ego dominus vocaui te in iuſticia. & apprehendi manum tuã: & ſeruaui te. Et dedi te in fœdus populi in lucẽ gentium. Simulachra eorũ contabuerunt & contrita ſunt: non potuerunt ſaluare portantem. Audite me qui portamini a meo vtero: q geſtamini a mea vulua: vſq; ad ſenectam ego ipſe: & vſq; ad canos ego portabo & ſaluabo. Cui aſſimilaſtis me & adæquaſtis: & cõparaſtis me: & feciſtis ſimilẽ? Redẽptor noſter nomẽ illius ſanctus iſrael.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ In eodem festo ad miſſam maiorem.

Audite inſule ⁊ attendite. Ex Eſaia propheta. cap. xlix. Hec ꝓphetia de christo etiam in ſenſu litterali exponitur. poſſunt tamen hec verba quodãmodo de Joãne dici. Audite inſule. attentionem auditorũ petit a rei magnitudine. Ab vtero vocauit me. hoc in perſona chriſti dicitur: de quo exiſtenti in vtero dixit angelus vocabis nomẽ eiꝰ Ieſum. Quaſi gladium. vehementiam chriſti ſermonis exprimit. In vmbra manus ſue. ideſt ſub poteſtate. Sicut ſagittã. ad tranſfigendum eos qui reprehendebat. In pharetra ſua: ideſt maieſtatis ſue prouidentia. Seruꝰ meus. ratione humanitatis. Tu iſrael. ſic appellatur chriſtus: qꝛ ex ſemine iſrael: aut a nominis etymologia / q̃ſi videns deum. In te gloriabor. per miracula. Formans ex vtero. quia ab inſtanti cõceptionis corpus chriſti fuit formatũ et animatum. Ut reducam Jacob. ideſt populum iſrael per doctrinam meam. Non congregabitur. quia ex iudeis pauci credent. In lucem gentium. que ſuccedent in hereditatem Jacob. Salus mea. ſcilicet quam ego mitto. Reges videbunt. ſcilicet chriſti miracula. Qui te elegit. ſubaudi o chriſte.

¶ Ad miſſam maiorem. Eſaię prophetæ. Capitulo. xlix.

Haec dicit dñs. Audite inſulæ: & attendite populi de longe. Dominꝰ ab vtero vocauit me: de vẽtre matris meæ recordatꝰ eſt nominis mei. Et poſuit os meũ quaſi gladium acutũ: in vmbra manus ſuę protexit me. Et poſuit me ſicut ſagittam electam. In pharetra ſua abſcõdit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu iſrael: quia in te gloriabor. Et nunc hæc dicit dominus. Formans me ex vtero ſeruum ſibi. Dedi te in lucem gẽtium: vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. Reges videbunt & cõſurgent principes: & adorabunt dominum deum tuum: quia fidelis eſt: & ſanctum iſrael qui te elegit.

¶ Ioannis & Pauli. Lectio beati Pauli. Ad Romanos. Cap̃. viii.

¶ In feſto ſanctorum Joannis ⁊ Pauli.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quis nos ſeparabit a charitate. iã expoſita eſt ſupra i feſto gervaſij ꝛ ꝓthaſij martyꝝ. ¶ In vigilia Petri ꝛ Pauli apl'oꝝ. Petrus ꝛ Joannes aſcendebant. Ex actibus apoſtoloꝝ cap. iij. In quo ponitur miraculũ de claudo ſanitati a petro reſtituto. Orationis nonam. hoc eſt tertiam poſt meridiem. Baiulabatur. quia uon poterat pedibus inſiſtere. Eleemoſinam. ideſt miſericordiam. ꝛ ſcribitur ꝑ duplex e. Ut eleemoſinam acciperet. ſcilicet ab illis erogantibus. Reſplce in nos ideſt attende ad ea q̄ diximus tibi. At ille intendebat. i. attẽte aſpiciebat. Quod habeo. a deo mihi traditum. ſcilicet curãdi poteſtatem. Surge ꝛ ambula: quia antea neutrum poterat facere. Baſes ¦cõſolidate. ideſt crura que ſũt fulcimenta ſuſtinendi corporis molem. Stetit. pedibus inſiſtens. Stupore ſtupebãt. de tam preſenti miraculo. Et ecſtaſi. grecum eſt: ſcribiturqꝫ nõ per. x. ꝛ. t. ſed per. cs. ſꝫ ſi quiſpiam dixerit tãtum valere. x. quantum cs. ergo poteſt poni alterum pro altero. Adhoc reſpõdetur

FRatres. Quis nos ſepabit a charitate dei. Tribulatio: an anguſtia: an perſecutio &c. vt ſupra.

¶ In vigilia Petri & Pauli.

Lectio Actuũ. Ca. iii.

IN diebus illis. Petrus & Ioãnes aſcẽdebãt in templũ ad horã oratiõis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſuę baiulabatur: quem ponebant cotidie ad portam tẽpli quę dicitur ſpecioſa: vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in tẽplũ. Is cum vidiſſet Petrum & Ioannem incipientes introire in templum: rogabat vt eleemoſynã acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne dixit. Reſpice in nos. At ille intendebat in eos: ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrꝰ autẽ dixit. ¦Argẽtũ & aurũ nõ eſt mihi: quod aũt habeo hoc tibi do. In noĩe ieſu xp̄i nazareni ſurge & ambula. & apprehẽſa manu eius dextra alleuauit eũ: & protinꝰ conſolidatę ſunt baſes eius & plantę: & exiliẽs ſtetit & ambulabat. & intrauit cũ illis in tẽplũ ambulans & exiliens: & laudans deũ. & vidit omnis ppl's eũ ambulãtẽ et laudantẽ deum. Cognoſcebãt autẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̃d ver̃ ẽ ſi cs. ꝑtineãt
ad eãdẽ ſyllabã. tñ in
extaſi. x. ꝑtineret ad vo
calẽ ꝓcedẽtẽ tota. ĩ ec-
ſtaſi vero. c. ꝑtinet ad.
e. ꝓcedentẽ ⁊. s. ad a ſe
quentẽ. nã cõponitur
ab. ec. particula greca
⁊ ſtaſis. vt ſit. ec. ex ſta
ſis ſtatio. latie. exceſſꝰ.

¶ In feſto Petri ⁊
Pauli apoſtoloꝝ.

MIſit Herodes
rex manus. Ex
actibꝰ apoſtoloꝝ. cap̃.
xii. In quo ponitur
Jacobi zebedei cedes
⁊ Petri incarceratio.
Herodes rex. qui
agrippa cognominatꝰ
eſt Frater Joãnis.
ſ. euangeliſte. Dies
azymoꝝ. in quibus nõ
licebat quenquam oc
cidere. ideo Petri ce-
des eſt dilata. Pro
ducere. i. morti trade-
re. Producturus. ſ.
die inſequenti poſt fe
ſtum azymorũ. In
ipſa nocte. ſ. que prece
debat diẽ productiõis.
Caligas tuas. ge-
nus calciamenti fecit
ſic. vt angelus dixit.
Viſum videre. ideſt in
ſomnium in ſomno.

illum: quoniã ipſe erat qui ad eleemoſy
nam ſedebat ad ſpecioſam portã tem-
pli. Et impleti ſunt omnes ſtupore &
ecſtaſi: in eo quod contigerat illi.

¶ In die Petri & Pau. actuũ apo. C. xii.

IN diebꝰ illis. Miſit herodes rex ma
nꝰ: vt affligeret quoſdam de eccl'ia.
Occidit aũt iacobum fratrẽ ioãnis
gladio: videns aũt quia placeret iudęis
appoſuit apphẽdere & petrũ. Erãt aũt
dies azymorũ. Quẽ cũ apprehẽdiſſet
miſit ĩ carcerẽ: tradẽſq; quatuor quater
nionibꝰ militũ ad cuſtodiendũ eũ: vo
lens poſt paſcha ꝑducere eũ pp'lo. Et
petrus quidẽ ſeruabat' in carcere. Or'o
aũt fiebat ſine intermiſſione ab eccl'ia
ad deũ pro eo. Cũ aũt ꝑducturꝰ eſſet
eũ Herodes in ip'a nocte erat Petrꝰ dor
miẽs inter duos milites vinctꝰ catenis
duabus. Et cuſtodes ante oſtiũ cuſto-
diebã carcerẽ. Et ecce angelus dñi aſti-
tit: & lumẽ refulſit in habitaculo carce
ris. Percuſſoq; latere Petri: excitauit eũ
dicens. Surge velociter. Et continuo ce
ciderunt catenę de manibus eius. Di-
xit autem angelus ad eum. Pręcingere
et calcia te caligas tuas. Et fecit ſic. & di
xit illi. Circunda tibi veſtimẽtũ tuũ: &
ſequere me. & exiens ſequebatur eũ. &
neſciebat quia verũ eſſet ꝙ fiebat ꝑ an-
gelũ. Exiſtimabat aũt ſe viſum videre.
Tranſeuntes autẽ primam & ſecũdam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cuſtodiam. ſ. militum cuſtodientium carcerem. Portam ferream. que erat vltima exeuntibus carcerem. Vicum vnũ. poſt exitum carceris. Ad ſe reuerſus. ideſt vigilans: quia antea putabat ſe eſſe in ſomnis. De omni expectatiõe. q̃a expectabãt illius cedẽ.

cuſtodiã venerunt ad portã ferreã que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta eſt eis. & exeuntes proceſſerunt vicũ vnũ: & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus dixit. Nunc ſcio vere: quia miſit domin⁹ angelum ſuũ: et eripuit me de manu Herodis & de omni expectatione plebis iudeorum.

## In feſto Pauli apoſtoli.

Pauli apoſtoli. Lectio Pauli ad Galatas. Cap. i.

FRatres. Notum vobis facio euangelium quod euangelizatum eſt a me: quia non eſt ſecundum hominem. neq; enĩ ego ab homine accepi illud: neq; didici: ſed per reuelationẽ ieſu xp̄i. Audiſtis enĩ conuerſationem meã aliquñ in iudaiſmo: qm̃ ſupra modũ pſeq̃bar eccl'iã dei: et expugnabã illã: et pficiebã in iudaiſmo ſupra multos coetaneos meos in gñe meo: abũdãti⁹ emulator exiſtẽs paternarũ mearũ traditionum. Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero mr̃is mee: & vocauit per gratiam ſuam: vt reuelaret filium ſuum in me: vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui Carni & ſanguini: neq;

NOtũ vobis facio euangeliũ. Ex epiſtola Pauli ad Galatas capitul'. p̃mo In quo apoſtol⁹ oſtẽdit doctrinam quam predicat eſſe ab autoritate dei profectam. Secundum hominẽ. ideſt ab humana inuentione. Ab homine. ideſt ab aliquo ex diſcipulis domini. Audiſtis. narrat quomodo ad apoſtolatũ venerit. Expugnabam illam. pro oppugnabam ⁊ perſequebar. Emulator zelator quia zelo quodam legis mee omnia illa faciebam. Placuit ei. ſcilicet deo. Ex vtero matris. ideſt ſynagoge que me nutrierat. Filium ſuũ in me. ideſt per me. In gentibus. vnde gẽtium doctor eſt cognominatus. Carni et ſanguini. ideſt iudeis ex quorum eram ſan-

guine: ſed totũ me tradidi chriſto. Neq; veni hieroſolymã. vt audirem chriſti doctrinã ab apoſtolis & diſcipulis chriſti. In arabiã. non dicit quam. cum ſint arabie tres. Damaſcum. ſcilicet vrbē Syrie. Poſt annos tres. & ita nõ predicabat antea que didicit ab apoſtolis: ſed que per reuelationem eſt doctus. Diebus quindecim i quibus quedã de ſacris litteris cũ eo egit: non de nouo didicit. Jacobũ fratrē dñi. ad differentiam alterius Joãnis fratris. Que ſcribo vobis. ſubaudi vera ſunt hoc eſt quod non didicit euangeliũ ab aliquo apoſtoꝝ id q̃ iureiurando confirmat. Syrie & Cilicie. vt predicarē gentibus euangeliũ. Ignotꝰ facie. quia illos non viderant neq; illi me: niſi per famam tantum. In me glorificabat deum. ideſt per me.

¶ In octaua ſancti Joannis.

Vnicuiq; noſtrũ data eſt gratia. Jam expoſita eſt ſupra in vigilia aſcenſionis domini.

¶ In feſto viſitationis beate Marie virginis.

veni hieroſolymã ad ãteceſſores meos apoſtolos: ſed abii in Arabiam: & iterum reuerſus ſum Damaſcũ. Deinde poſt annos tres veni hieroſolymã videre petrũ: & manſi apud eũ diebꝰ quindecim. Aliũ autē apoſtolorũ vidi neminem: niſi Iacobũ fratrē dñi. Quę autē ſcribo vobis: ecce corã deo quia non mētior. Deinde veni in partes Syrię & Cilicię. Erã autē ignotus facie eccleſiis iudeę quę erant in chriſto. Tantũ autē auditũ habebant: qm̃ qui perſequebatur nos aliquãdo nunc euangelizat fidem: quã aliquando expugnabat. Et in me clarificabãt dñm ieſum xp̃m.

¶ In octauo die ſancti Ioannis. Pauli ad Epheſios. Cap. iiii.

FRatres. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis chriſti. &c. vt ſupra.

¶ In die viſitationis beatę marię virginis. Lectio libri Iudith. Cap. xv.

BEnedixerunt illam omnes vna voce dicentes: tu gl'ia ieruſalem:

BEnedixerũt illã oẽs. Ex libro Judith vidue ca. xv. q̃ verba de Judith ſunt dicta & poſſunt v̓gini deiparę accõmodari. Oẽs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui exierant in occurſu Judith redeuntis ex victoria de Holopherne. Gloria.ornamentum ⁊ decus. Viriliter hoſtē noſtrum occidendo. Confortauit te. ideſt dedit tibi fortitudinem ⁊ robur. Benedicta in eternum.per famam et gloriam.

¶ In octaua Petri ⁊ pauli.

tu leticia iſrael:tu honorificentia populi noſtri:quia feciſti viriliter:et confortatum eſt cor tuum:eo ꝙ caſtitatē amaueris.Ideoq; manus domini confortauit te:& eris benedicta in ęternum.

¶ In octauo die Petri & Pauli.Eccle. Cap̄.xliiii.

HI ſunt viri miſericordię: quorū iuſticiæ obliuionem non acceperunt.Cum ſemine eorū permanēt bona:hereditas ſancta nepotes eorum.& in teſtamentis ſtetit ſemē eorum:& filii eorum propter eos vſq; in ęternum manēt. Generatio eorum & gloria eorum non derelinquetur.Corpora eorum in pace ſepulta ſunt: & nomina eorum viuent in ſecula. Sapientiam eorum narrent populi:& laudem eorum pronunciet omnis eccleſia ſanctorum.

¶ Apollinaris martyris.Ad Timotheum ſecūda. Capi.ii.&.iii.

CHariſſime. Memor eſto dominum noſtrum ieſum chriſtum reſurrexiſſe.&c.vt ſupra.

¶ Germani epiſcopi.ad Timotheum. Capitul'.ii.&.iiii.

HI ſunt viri miſericordie. Ex libro Eccleſiaſtici cap̄. xliiij.quibuſdā tamen immutatis. Viri miſericordie ſubaudi digni.aut quod in alios miſericordes fuerunt. Perſeuerat bonū. ideſt hereditas. In terra ꝓmiſſionis. hoc eſt gloria ſempiterna. Propter illos . ideſt propter merita patrum. Non derelinquetur. quia manebit apud poſteros illorū memoria. In pace ſepulta ſunt . cum ſpe reſurrectionis. Viuent in ſecula. per illorum memoriā in hac vita.⁊ in futuro ſeclo.

¶ In feſto Apollinaris martyris.

MEmor eſto dñm nr̄z. Ex ep̄la ad Timotheū ſcd̄a cap̄.ij.⁊.iij.que iā expoſita ē ſupra in epiſtola Petri martyris.

In feſto germani epi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Teſtificor corã deo. Ex epła.ij.ad Timotheũ ca.iiij.hortat apl's Timotheũ: vt doceat populũ ſibi cõmiſſum inſtando illoꝝ doctrine.⁊ primo adiurat illũ deũ teſtẽ inuocãdo. Verbũ.ſ.euangelicũ. Opportune.audire cupiẽtibus. Importune abnegantes audire. Argue.peccãtes ex ignorãtia. Obſecra.peccãtes ex infirmitate. Increpa.verbis duris peccãtes ex malicia. Erit tp̄s.ideo iſtandũ eſſe dicit: antea quã veniat tẽpus quo non libenter audiẽt verbum dñi. Prurientes auribꝰ.i.audire cupiẽtes. Iã delibor.i.paulatim cõſumor. Reſolutionis.ſ.aĩe a corpe. Certamẽ certaui.p̄dicationis officiũ exercendo. In reliquo.i.in futuro. Corona iuſticie quam nemo auferet a me.

¶ In feſto Stephani protomartyris.

Doctrinis varijs ⁊ peregrinis.ex Epiſtola ad hebreos cap.xiiij.In quo oſtẽdit: quomodo hebrei habere ſe debent erga prelatos non bene de fide ſentientes. Doctrinis varijs.ſ.ſuſpectis ⁊ hereticis. Abduci.i.a recta fide duci Gratia.ideſt lege gratie hoc ẽ euãgelio. Nõ

CHariſſime. Teſtificor corã deo: & chriſto ieſu qui iudicaturus eſt viuos & mortuos: & per aduentum ipſius: & regnũ eius. Prędica verbum: inſta opportune: importune argue: obſecra: increpa in omni patiẽtia et doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac euangeliſtę: miniſterium tuũ imple: ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: & tempꝰ meę reſolutionis inſtat. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticię: quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi: ſed et his qui diligunt aduentum eius.

¶ Stephani protomar. Lectio ad Hebræos. Capi.xiii.

FRatres. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimũ eſt enim gratia ſtabiliri cor: non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſcis.i.cibis qui precipiuntur in lege veteri mãducari ſiue non mãducari. Habemus altare.i.crucẽ in qua oblatus eſt chriſtus. Qui tabernaculo deſeruiunt.i.veteris legis miniſtri. Quorũ animaliũ.ſ. vituli & hirci:qui immolabantur in die expiationis. Cremantur. quia pro peccatis immolatio illa fiebat. Propter quod.i.quia extra caſtra cremabant.

eſcis que non profuerunt ambulãtibꝰ in eis. Habemꝰ altare de quo edere nõ habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum enim animaliũ infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem: horum corpora cremantur extra caſtra: propter quod et ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinẽ populum: extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatẽ ſed futuram inquirimus. Per ipſum ergo offeramꝰ hoſtiam laudis ſemper deo. ideſt fructum labiorum confitentiũ nomini eius. Beneficẽtię autem & cõmunionis nolite obliuiſci. Talibꝰ em̃ hoſtiis promeretur deus.

¶ Sanctę Marię de niuibus. Eccleſiaſtici. Capitulo. xxiiii.

AB initio & ante ſcl'a creata ſũ: & vſqꝫ ad futurũ ſęculũ non deſinã:

Extra portã.ſ.in loco caluarie extra vrbẽ ieruſalẽ. Exeamus extra caſtra.i.extra legis obſeruationes. Improperiũ. nã chriſto exprobatum eſt q̃d non obſeruaret legẽ. Ciuitatem manẽtem. ideſt in qua manere ſemper debemus vt lege veteri. Futurã inquirimus. que per nouã legem acquirit. Per ipſum. ſcilicet chriſtum. Hoſtiam laudis.ideſt ſacrificiũ ſubaudi deũ. Beneficentie & cõmunionis .i.benefaciendi & bona veſtra cõmunicandi. Promeretur.i.illũ nobis demeremur vt nobis benefaciat.

¶ In feſto virginis Marie de niuibus.

AB initio & ãte ſcl'a creata ſum. Ex libro Eccle.cap.xxiiij. In q̃ autor loquit de ſapiẽtia increata:hoc eſt de xp̃o q̃ pris ſapiẽtia dicit.ab initio.nõ dicit tẽporis principiũ:quia pater filio coeternꝰ eſt. Creata.ideſt preuiſa quantum ad humanitatem. Nõ deſinam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia eterna eſt. Coram ipſo miniſtraui. quia filius patris volun-tatem ſemper fecit. In habitatione ſancta. in congregatione iuſtorũ. In ſiõ ꝛ ieruſalē.i.in eccl'ia vtraqꝫ.ſ.militāte ꝛ triũphāte. Radicaui hoc eſt hereditatē meā fundaui. In populo honorificato.ſ. iſraelitico hoc eſt chriſtiano. Detentio mea.ideſt habitatio.

¶ In trāſfigura.dñi.

Dabo aũt operā ꝛ frequēter. Ex epl'a Petri.ij.cap.j. Dabo operā.qa ſentio inſtare obitũ meũ. Dabo operā.ſ.frequēter vos admonendo. Habere vos ſubaudi memoriā monitionũ mearũ. Indoctas fabulas ſicut poete et doctores falſi. Virtutē.ſ.faciendi miracula in doctrine cõfirmationē. Et preſciētiā.quā habuit chriſtus homo ex diuinitate. Speculatores.i.conſpectores ꝛ teſtes illi⁹ magnitudinis.ſ. in transfiguratiõe. Accipiēs honorē.i. teſtimoniũ honoris ꝛ glie. Voce delapſa.deſcendente. A magnifica gloria.i. a deo patre. Huiuſcemodi.ideſt qui ſequitur. hic eſt filius.ꝛc. In monte ſancto. qui cognominatur tabor. Matthei.xvij.

& in habitatiõe ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in ſion firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: et in ieruſalem poteſtas mea. & radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hęreditas illius. & in plenitudine ſanctorum detentio mea.

¶ Transfiguratio domini.
Lectio beati Petri
apoſtoli.ii.
Cap.i.

Fratres. Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum: vt horum omnium memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas ſecuti notam fecimus vobis domini noſtri ieſu chriſti virtutem & pręſcientiam: ſed ſpeculatores facti ſumus illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem & gloriā: voce delapſa ad eũ huiuſcemodi a magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi complacui: ipſum audite. & hanc vocē nos audiuim⁹ de cœlo allatam: cum eſſemus cũ ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Propheticū ſermonē. Ex pſalmo.ij.ſ.dn̄s dixit ad me filius me⸗ es tu. Attendentes.ideſt conſentientes prophetie. In caligino⸗ ſo loco.ideſt in hoc mundo in quo videmus omnia per ſpeculum in enigmate. Et lucifer.ideſt chriſtus qui eſt lucifer ⁊ ſol ⁊ lux.

¶ In feſto Cyriaci Largi ⁊ Smaragdi.

ꝓpheticū ſermonē: cui benefacitis at⸗ tendentes: quaſi lucernę lucenti in cali⸗ ginoſo loco donec dies illuceſcat: & lu cifer oriatur in cordibus veſtris.

¶ Cyriaci Largi Smaragdi. Pauli Ad hebręos. Capitul'.x.

FRatres. Rememoramini priſti⸗ nos dies: in quib⁹ illuminati ma⸗ gnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionū. Et in altero quidem opprobriis & tri⸗ bulationibus ſpectaculū facti: in altero autem ſocii taliter conuerſantium effe cti. nā & vinctis cōpaſſi eſtis: & rapinā bonorum veſtrorum cum gaudio ſu⸗ ſcepiſtis: cognoſcentes vos habere me⸗ liorem & manentem ſubſtantiam. No lite itaq; amittere cōfidētiā vr̄am quę magnā habet remunerationē. Patiētia em̄ vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem dei faciētes: reportetis promiſſionem. Adhuc em̄ modicum aliquantulūq; qui venturus eſt veniet: & nō tardabit. Iuſtus autem meus ex fide viuet.

REmemoramini priſtinos. Ex ep̄la Pauli ad hebreos cap.x. In quo oſtēdit ap̄ſ adherēdū eſſe deo per rationes demulcētes ⁊ mitigā⸗ tes medicorū more q̄ poſt ſectionē carnis in ducunt leuia fomēta. Priſtinos dies.qui bus eſtis ad finē con⸗ uerſi ⁊ illuminati. Su ſtinuiſtis. ⁊ hoc dupli citer. vno modo facti ſpeculū opprobriis in ꝓpria pſona. Alte⸗ ro modo in quantum amici vr̄i talia ſuſtinēt. Vinctis.i. i carcere poſitis.⁊ ī hoc amicis. Bonoꝝ vr̄oꝝ.⁊ hoc ī vr̄a pſona ⁊ familia. Meliorē ſubſtātiā. i.diuitias celeſtes. Cōfidentiā vr̄am.i. fir mā pſeuerantiā. Pa tientia. i. aduerſitatū tolerantia. Voluntatē dei.obedientes illius voluntati. Modicum aliquantulū q;.ideſt breue tempus reſtat. Qui venturus eſt. ſcili⸗ cet ad iudicium. Sed iuſti in iudicio finali viuent, ideſt ſaluabun tur, ⁊ ſumptum eſt ex propheta Aggeo capit.ij.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In feſto ſancti Laurentij.

Qui parce ſeminat parce & metet. Ex ſcda epla ad Corin.ca.ix. In quo aplus ad bñfaciendũ Corinthios hortat. Qui parce ſeminat: atq ita qui parũ dat: parũ premiũ cõſequetur: atq ecõtrario. Unuſquiſq. ſubaudi det. Prout deſtinauit.i.decreuit dare.

Sancti Laurentii. Ad Corinthios.ii.Capitul.ix.

FRatres. Qui parce ſeminat parce & metet: et qui ſeminat in benedictionibus: de benedictionibus & metet. Vnuſquiſq prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſticia aut ex neceſſitate. Hilarem autem datorẽ: diligit deus. Potens eſt enim deus omnem gratiã abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnẽ ſufficientiã habentes abundetis in omne opus bonum: ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit dedit pauperibus iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti: & panem ad manducandũ preſtabit: & multiplicabit ſemẽ vr̃m: et augebit icremẽta frugũ iuſticię vr̃ę.

Non ex triſticia.ſ.doles quia dat: aut ex neceſſitate quia coact⁹. Omnem creaturam. ideſt voluntatẽ faciendi eleemoſynam. Abũdare facere. vt condoleatis de benefactis. Sicut ſcriptum eſt. Pſalmo.cxj. Juſticia eius. ſcilicet qui ſic largitur. Qui adminiſtrat ſemen. ideſt de⁹ qui dat voluntatem benefaciendi. Et panem preſtabit. quia dãti dabitur a deo. Multiplicabit. adhuc in ſimilitudine ſeminandi et metendi perſtat.

In vigilia aſſũptionis beate marie ꝟginis.

Vigilia aſſumptionis beatę Marię virginis Eccleſiaſtici.Ca.xxiiii.

EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatem adoris: et flores mei fructus

Ego quaſi vitis fructificaui. Ex libro Eccleſiaſtici.ca.xxiiij. Sapientia loquitur hoc in loco. ſed verba hec poſſunt accõmodari noſtre virgini. Quaſi vitis. que ideo a latinis partlema: & hiſpanis parra dicit: quia parit fructus ſuos. Fructus honoris, ideſt pulchritudinis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nā reciproca tranſlatio eſt pulchri pro honeſto ⁊ honeſti pro pulchro.
Mater dilectionis ⁊ timoris. que videtur contraria: neq; ſe inuicē pati. ſed ſemper miſcendus amor timori ⁊ timor amori: quia alter alterum moderatur. Et magnitudinis. in originali eſt agnitionis. q̄ habetur per contemplationem. Sancte ſpei. ſcilicet beatitudinis

honoris & honeſtatis. Ego mater pulchrę dilectionis & timoris: & magnitudinis: et ſanctę ſpei. In me omnis gratia vitę & veritatis: in me omnis ſpes vitę & virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spiritus eñ meꝰ ſuper mel dulcis: & hęreditas mea ſuper mel & fauum. Memoria mea in generatione ſeculorum. Qui edūt me adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient. Qui audit me non confundetur: qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me: vitam ęternam habebunt.

In die aſſumptiōis. Eccle. Ca. xxiiii.

IN omnibus requiem quæſiui & in hęreditate domini morabor. Tūc pręcepit: & dixit mihi creator omniū: et qui creauit me: requieuit in

future. In me verba ſunt ſapiētie. Trāſite ad me. per cognitionē ⁊ amorē. A generationibus meis. i. illuminationibꝰ ad intelligendū. Spūs meꝰ. i. degustatio mee bonitatis ⁊ ſapiētie. Hereditas mea. q̄ eſt vita eterna. Memoria mea. quia nūq̄ delebitur de mentibus ſcōꝝ. Qui edūt me. i. guſtāt me in hac vita. Eſurient. ſcilicet in celo ſaturari. Nō confundetur. ſcilicet in ſummi iudicis conſpectu. Qui operātur in me. ideſt ſecundum regulā doctrine mee. Qui elucidāt me. ſacram ſcripturā aliȷ̄s exponendo.

In die aſſumptionis.

IN omnibus requiem queſiui. Ex libro eccleſiaſtici cap. xxiiij. vbi legitur. In his omnibus requiem queſiui. ſcilicet hominibus. quia dixit alibi: delicie mee eſſe cum filiȷ̄s hominum. Requiem queſiui habitando cum hominibus per gratiam. In hereditate domini. ideſt in quibus habitabat dominus ⁊ quos poſſidet.
Dixit mihi. id quod ſequitur. Qui creauit me. filius qui eſt pr̄is ſapiētia dicit de patre generāte. nam hic creauit pro genuit poſitū eſt.

Tabernaculo meo. quia pater requieſcit ꝛ cōplacet ſibi in filio. Et dixit mihi. pater dicit filio. In iacob inhabita. i. in populo chriſtiano. Hereditare. i. hereditatē tuā fige. Mitte radices. i. ſere ꝛ planta. Ab initio ꝛ ante ſecula. hoc ceſum. expoſitū eſt in feſto marie de niuibus: vſqꝫ ad locū illū quaſi cedrus. vbi ſapientia cōparat ſe reb⁹ pulcherrimis.

Cedrus arbor. cui⁹ materia eſt odorata. Libano. qui eſt mons inter Paleſtinam et Phenicē. Cypreſſ⁹ in ſion. monte quoqꝫ hieroſolyme cōiunct⁹.

Cades. nō illa que eſt i deſerto cognominata barne: ſed alia q̄ cecidit in ſortē tribus iuda. In hierico. vrbe non longe ab hieroſolymis. Quaſi platanus. arbor dicta a folioꝝ latitudine nobis tamen ignota. In plateis. vbi huiuſmodi odoramenta puta balſamū ꝛ myrrha venduntur.

¶ In feſto decollationis Ioānis baptiſte.

Sancti ludibria ꝛ verbera. Ex epiſtola ad hebreos capitul. xj. iam expoſita eſt in feſto Fabiani ꝛ Sebaſtiani.

¶ In natiuitate beate Marie virginis.

tabernaculo meo. & dixit mihi. In iacob inhabita: & in iſrael hęreditare: & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante ſęcula creata ſum: & vſqꝫ ad futurum ſæculum non deſinam: & in habitatione ſancta corā ipſo miniſtraui. & ſic in ſion firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in ieruſalem poteſtas mea. & radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hęreditas illius: & in plenitudine ſanctorum detentio mea. Quaſi cedr⁹ exaltata ſum in libano: & quaſi cypreſſus in monte ſion. Quaſi palma exaltata ſunt in cades: & quaſi plantatio roſę in hierico. Quaſi oliua ſpecioſa in cāpis: et quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis ſicut cynamomum & balſamum aromatizans: odorem dedi. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.

¶ Decollatio ſancti Ioannis Ad hebręos. Cap. xi.

Fratres. Sancti ludibria & verbera experti: inſuper & vincula & carceres. &c. vt ſupra.

¶ Natiuitas Marię. Prouerbiorum. Cap. viii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dominus poſſedit me. iã expoſita eſt in feſto cõceptiõis eiuſdem deipare virginis. In feſto exaltationis ſancte crucis.

Chriſtus factus eſt ꝓ nobis obediens. Ex ep̃la ad Philippẽſes cap. ij. ſed iã expoſita eſt ſupra in dñica que inſcribitur in ramis palmarum. ¶ In feſto ſancti Matthei.

Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum antequam quicquam faceret. &c. vt ſupra.

¶ Exaltatio ſanctę crucis. Beati Pauli ad Philippenſes. Capitulo. ii.

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem autem crucis. &c. vt ſupra.

¶ Sancti Matthęi Ezechielis prophetę. Cap. i.

Similitudo vultus quatuor animalium: facies hominis & facies leonis a dextris. &c. vt ſupra.

¶ Michaelis archangeli. Lectio libri Apocaly. Ioannis ap̃li. Ca. i.

In diebus illis. Significauit de⁹ quę oportet fieri cito: loquens per angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni: qui teſtimonium perhibuit verbo dei: & teſtimonium ieſu chriſti: quęcunque vidit. Beatus qui legit & audit verba prophetię huius: & ſeruat ea quę in ea ſcripta ſunt. Tempus enim prope eſt.

Similitudo vult⁹ quatuor aĩaliũ. iã expoſita eſt i feſto ſãcti marci euangeliſte. ¶ In feſto ſancti Michaelis archangeli.

Significauit de⁹ que oportet. Ex apocalypſi Joannis. capit. j. nam ſic incipit liber ille. Apocalypſis ieſu chriſti: quam dedit illi deus palam facere ſeruis ſuis: que oportet fieri cito: ⁊ ſignificauit mittens per angelum ſuum ſeruo ſuo Joanni. Sed concionator ſiue cõcinnator mutauit ordinem: ⁊ pauca verba dicẽs.

Significauit deus. ideſt per quedam ſigna oſtendit. Que oportet fieri. de ĳsque ad ſtatum eccleſie futurum pertinent. Per angelum ſuũ. ſcilicet Michaelem vt ſentit officĳ huius cõcinnator. Teſtimoniũ perhibuit. in principio ſui euangelĳ. Quecũque vidit. nam pro familiaritate omnibus interfuit. Prope eſt. vt omnia com-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plantur que hic ſunt ſcripta. Gratia & pax ſalutationis epiſtolaris verba ſunt. Ab eo qui.a quo mittitur ſalus. Qui erat & venturus eſt.per hoc dei eternitas deſignatur. A ſeptem ſpiritibus. ideſt ab vniuerſitate angelorum. Paterne glorie.vt patet in toto euangelij diſcurſu. Primogenitus mortuorum.qui ab apoſtolo Paulo dicitur primicie dormientiū. Princeps regū terre. quia illi eſt data oīs poteſtas ī celo & in terra.matthei vltimo.

In vigilia omniū ſanctorum.

Ecce ego Joannes vidi. Ex apocalypſi Joā.ca.v.in originali habet: & vidi:et ecce ī medio throni. Agnū.i. xp̄m ī medio eccl'iaꝝ. Tāquā occiſū qa cotidie in eccleſijs immolat'. Cornua ſeptē i.ſeptē poteſtates quas etiā ſpiritus ſeptē dixit ꝓpter ſeptem dona. Miſſi in oēm terrā.i.in omnes homines. Et venit.ſ. agnus. Cū aperuiſſet librum.ad reuelandū futuꝝ eccl'ie ſtatū. Ceciderūt. adorantes agnum. Citharas & phialas.p quas vt ipſe exponit ſignificāt orationes ſanctoꝝ. Canticum nouum.i. teſtamentū nouū ꝑtinēs.

Aſia.gratia vobis & pax ab eo qui eſt: qui erat: & qui venturus eſt. & a ſeptem ſpiritibus: qui in conſpectu throni eius ſunt: & a ieſu chriſto qui eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorū: & princeps regū terrę: qui dilexit nos: et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

In vigilia omnium ſanctorum. Apocalypſis Ioānis ap'li. Capitu.v.

Ecce ego Ioānes vidi in medio throni & quatuor animaliū: & in medio ſeniorū agnū ſtantem tanq̄ occiſum habentē cornua ſeptē & oculos ſeptē: qui ſunt ſeptē ſpiritus dei miſſi in omnē terrā. Et venit & accepit de dextra ſedētis in throno librū & cū aperuiſſet librū: quatuor animalia: et viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno habentes ſinguli citharas et phialas aureas plenas odoramentorum quę ſunt orationes ſanctorum: et cantabant canticum nouum: dicētes. Dignus es dn̄e deus accipere librum: et aperire ſignacula eius: quoniā occiſus es: et redemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu: & lingua: & populo: & natione: & feciſti nos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deo noſtro regnum. ideſt regni participes. Sacerdotes. ſcilicet hoſtias laudis deo offerentes. Super terrã. ideſt in celo. Milia milium. ideſt decies centum milia. ſic in Daniele. milia milium miniſtrabant ei. Uirtutem ⁊ diuinitatem. ⁊c. omnia iſta chriſtus habuit ante paſſionem preter corporis glorificationem.

deo noſtro regnũ et ſacerdotes: & regnabimus ſuper terrã. & vidi & audiui vocẽ angelorũ multorum in circuitu throni: et quatuor animaliũ et ſeniorũ et erat numerus eorũ milia miliũ dicẽtium voce magna. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem & diuinitatem et ſapientiã & fortitudinem & honorem et gloriam & benedictionem in ſęcula ſęculorum. Amen.

## In die. Lectio Apoca. Ioannis apoſtoli Cap. vii.

Ecce ego Ioãnes vidi alterũ angelũ aſcendentẽ ab ortu ſolis. habẽtem ſignum dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis: quibus datum eſt nocere terrę & mari: dicens: Nolite nocere terrę & mari: neq̃ arboribus: quo adusq̃ ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorũ. et audiui numerũ ſignatoꝝ centũ quadragĩta quatuor milia ſignati ex omĩ tribu filioꝝ iſrael. Ex tribu iuda: duodecim milia ſi

In die omnium ſanctorum.

Ecce ego Joannes vidi alterũ angelũ. Ex apocalypſi Joannis capitu. vij. per hunc angelum intelligitur conſtantinꝰ imperator. Signũ dei viui. ideſt crucem. in qua maxẽtium imperij emulum ſuperauit. nam anteq̃ cum hoſte cõfligeret: vidit in celo crucẽ atq̃ angelum dicentem ſibi. Conſtantine in hoc ſigno vinces. Nocere terre ⁊ mari. ideſt chriſtianis habitantibus orbem terre: ⁊ inſulis adiacentibus. Et audiui numerum ſignatorum. Ex vnaquaq̃ tribu hoc eſt filiorum Jacob erant duodecim milia ſignatorum: et quia duodecim erant filij: excreſcit ſumma centum quadraginta quatuor milium. nam duodecies duodecim mille eandem ſummam reddit. Ex tribu iuda. Qui et ſi quartus fuit in ordine naſcendi: primus ponis



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur hoc in loco: quia ex hoc pēdet chriſti genealogia. Cetera patent vſq₃ ad locum illū Vidi turbā magnā.ſ. martyꝝ. Amicti ſtolis albis. propter aīe gloriam. Palme in manibus. que ſunt inſignia victorie. Alia patent.

Jn feſto Facundi ⁊ Primitiui.

Benedictus de⁹ ⁊ pater dn̄i. Ex epiſtola ſecūda ad Corinthios capitu. j. ⁊ eſt initiū epiſtole poſt ſalutationē poſitā. Benedictus deus. mod⁹ eſt agēdi gratias deo. Pr̄ miſericordiaꝝ. i. auferens a nobis oēm miſerā. Poſſimus ipſi conſolari.ſ. verbo ⁊ exemplo. Per exhortationem. proponē do eis premiū eternū. Exhortamur. ex depo

gnati. Ex tribu ruben: duodecim milia ſignati. Ex tribu gad: duodecim milia ſignati. Ex tribu aſſer: duodecim milia ſignati. Ex tribu neptalim duodecim milia ſignati. Ex tribu manaſſe duodecim milia ſignati. Ex tribu ſimeon: duodecim milia ſignati. Ex tribu leui: duodecim milia ſignati. Ex tribu iſachar: duodecim milia ſignati. Ex tribu zabulon: duodecim milia ſignati. Ex tribu ioſeph: duodecim milia ſignati. Ex tribu beniamin: duodecim milia ſignati. Poſt hęc vidi turbā magnam: quā dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus & tribubus & populis et linguis: ſtantes ante thronū & in cōſpectu agni amicti ſtolis albis: & palmę in manibus eorū. & clamabant voce magna: dicentes. Salus deo noſtro qui ſedet ſuper thronū et agno. & oēs angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorū et quatuor animaliū. & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas: et adorauerūt dn̄m: dicentes amē. Benedictio et claritas et ſapiētia et gratiarum actio: honor virtus et fortitudo deo noſtro in ſęcula ſęculorū. Amen.

Facundi & Primitiui. Lectio ad Corin. ii. Cap. i.

FRatres. Benedictus deus & pater domini noſtri ieſu chriſti: pater miſericordiarum & deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus et ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt per exhortationem qua exhortamur: & ipſi a deo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nenti verbo fecit cõmune. Paſſiones chriſti.i.tribulationes q̃ in chriſto capite inceperunt. In nobis.ſ.apoſtolis ad quos quaſi a capite ſunt deriuate. Pro veſtra exhortatione ⁊ ſalute.totũ hoc cedit ad vtilitatẽ veſtrã. Siue cõſolamur.ſ.a deo. ⁊ hoc quoq; cedit ad cõſolationẽ veſtrã.

Quoniã ſicut abundãt paſſiones chriſti in nobis: & per chriſtum abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute: ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione: ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione et ſalute: quę operatur tolerantiam earumdem paſſionũ quas et nos patimur vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis. Scientes quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis: ſic eritis & conſolationis. In chriſto ieſu domino noſtro.

In natali plurimarum virginum Ad Corinthios.i. Cap.vii.

FRatres. De virginibus preceptũ domini non habeo: conſilium autem do: tãquam miſericordiã cõſecutus a domino: vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem: quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori: noli querere ſolutionem. Solutus es ab vxore: noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorem: nõ peccaſti. & ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationem tamẽ carnis habebũt huiuſmodi. Ego autem vobis parco.

In feſto plurimarũ virginũ.

DE virginib⁹ p̄ceptũ nõ habeo. Ex p̄ma ad corinthioſ ep̄la ca.vij. vbi poſtea q̃ agit de matrimõio: dat ↄſiliũ de virginib⁹ dicens qđ nõ habet a deo p̄ceptum qđ de neceſſitate ſalutis ſit virginitas. Cõſiliũ do. q̄a virginitas p̄ponit̄ nuptijs: ⁊ ſemp̄ meliora ſunt appetenda. Miſericordiã ↄſecut⁹. vnde habeo cõſiliũ dñi autoritatẽ. Hoc bonũ eſſe.ſ. virginitatem.⁊ poſuit bonũ p̄ optimum. Propter neceſſitatẽ.que manet ducentibus vxorẽ. Noli querere.ſ.vxorẽ. ſi modo potes continere te: quod eſt meli⁹ q̃ matrimonium: ſicut virginitas quam continẽtia. Tribulationem carnis.quia ſunt in anxietate matrimonio cõiũcti. Vobis parco.i.permitto vobis vt poſſitiſ ducere vxores.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tanq̄ non habentes.ideſt non intenti ſint rebus mundi: ſed ſpi-
ritualiter viuant. Qui fient in onere matrimonij. Non flentes.
ideſt patientes ferendo.⁊ ſic de alijs. Diuiſus eſt ſeruiens mūdo
⁊ deo. Jnupta.ideſt continens vidua. Uirgo que non nupſit.

¶ Jn feſto trinitatis.

IN domino gau-
dete. Ex epiſtola
ad Corinthios.ij.cap.
xiij.in originali habe-
tur. de cetero fratres
gaudete.⁊ eſt clauſula
eiuſdē epiſtole. in qua
conſolatur perſiſtētes
in doctrina fidei. Gau
dete.quod eſt propriū
illoꝝ qui bene agunt.
Exhortamini.ideſt in
uicē vos ad bene agē-
dum excitate. Idē
ſapite. ideſt de domio
ſentite. Pacem ha
bete. quam dominus
nos habere precipit.
Oſculo ſancto. quod
eſt ſignum vnionis ſi
ue vnanimitatis.
Omnes ſancti.ſ. qui
ſunt mecū. Gratia
dñi. de qua Joannis
primo. plenus gratia
⁊ veritate. Charitas
dei. ſcilicet patris. qui
eſt principiū amoris.
Cōmunicatio ſācti
ſpiritus.q̄a per ipſū fit
oīm bonoꝝ cōicatio.

¶ De angelis.

Hęc itaq; dico fratres:.tempus breue
eſt. Reliquum eſt:.vt qui habent vxo-
res:tanquam non habentes ſint. & qui
flent:tanquam non flētes.Et qui gau-
dent:tanquam non gaudentes. Et qui
emunt tanquam non poſſidetes. & qui
vtuntur hoc modo : tanquam non
vtantur. Pręterit enim figura hu-
ius mundi. Volo autem vos ſine ſolici-
tudine eſſe. Qui ſine vxore eſt:ſolicitus
eſt quę domini ſunt:quomodo placeat
deo. Qui autem cum vxore eſt: ſolici-
tus eſt quę ſunt mundi:quomodo pla-
ceat vxori:& diuiſus eſt. & mulier innu
pta:& virgo cogitat quę domini ſunt:
vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.

¶ De trinitate. Ad Corin-
thios.ii. Cap.xiii.

FRatres. In domino gaudete: per-
fecti eſtote:exhortamini:idem ſa
pite:pacem habete:& deus pacis & di-
lectionis erit vobiſcum. Salutate inui-
cem in oſculo ſancto. Salutant vos om
nes ſācti. Gratia domini noſtri ieſu chri
ſti: & charitas dei: & communicatio
ſancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis
Amen. In chriſto ieſu domino nr̄o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DIxit mihi angelus ſcribe. Ex ap̃li Ioãnis Apocalypſi. c.xix. Scribe. ſubaudi ad futurã rei memoriã nota. Vocati ſunt. pꝫ fidẽ charitate informatam. Vera ſunt. qꝛ nihil falſum a deo ꝓcedit

Deangelis. Lectio libri Apocaly. Ioãnis apoſtoli. Cap̃.xix.

IN diebus illis. Dixit mihi angelus. Scribe. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Et dixit mihi. Hæc verba dei vera ſunt. Et cecidi ad pedes eius: vt adorarem eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conſeruus enim tuus ſum: & fratrum tuorum: habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora.

Sanctiſpiritus. Actuũ apoſtolorum. Capitulo.viii.

IN diebus illis. Cũ audiſſent apoſtoli qui erãt in hieroſolymis: quia rece. &c. vt ſupra.

Sanctę crucis. Lectio Pauli ad Philippenſes. Capi.ii.

FRatres. Chriſtus factus eſt ꝑ nobis obediens vſq; ad mortẽ: mortem autem crucis. &c. vt ſupra.

Pro poſtulanda pacé. Lectio ad Roma. Capitu.xii.

FRatres. Nolite eſſe prudẽtes apd̃ voſmetipſos. Nulli malũ ꝑ malo reddẽtes: ꝓuidentes bona nõ tãtũ coram deo: ſed etiam corã oĩbus hoĩbus. Si fieri poteſt ꝙ ex vobis eſt: cũ omnibus hoĩbus pacẽ habentes.

Vide ne feceris. non ꝑmittit angel⁹ ſe adorari ab hoĩe cuius naturam ℣bum diuinũ aſſumpſit. Deũ adora. nõ angelũ: ſcilicet.

In feſto ſancti ſpiritus.

CVm audiſſent apoſtoli q̃ erãt hieroſolymis. iam ſupra expoſita eſt Feria tertia poſt feſtum pentecoſtes.

In feſto ſancte Crucis.

CHriſtus factus eſt ꝑ nobis obediẽs. Iam expoſita eſt ſupra Dominica in ramis palmarum.

Pro poſtulãda pace.

NOlite eſſe prudẽtes apd̃ voſmetipſos. Ex ep̃la ad Rom̃.cap̃.xii. In quo Romanũ. monet ne ſint imprudẽtes arrogãdo ſibi ℣tutes q̃s nõ habent. Apud voſmetipſos. i. nõ reuera: ſed opinione veſtra. Nõ malũ ꝑ malo. hoc iubet chriſtiana religio.

Defendentes. ideſt reſiſtentes volētibus vos offendere. Scriptum eſt Deutero. xxxij. Mihi vindictam. ſubaudi relinquite. Ego retri-buam. i. vlciſcar qd̄ in vos fuerit cōmiſſum. Carbones ignis. qm̄ ex inimico facies illū tibi amicum. Vinci a malo. i. incidere in illius odium. Sed vince in bono malū. i. tētatiōes impellētes ad irā que eſt vindicte appetitus.

Non voſmetipſos defendētes chariſſimi: ſed date locū iræ. Scriptū eſt enim. Mihi vindictam & ego retribuam: dicit dñs. Sed & ſi eſurierit inimicꝰ tuus: ciba illum: ſi ſitit potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis cōgeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum:

¶ Pro cōgregatione. Lectio beati Petri apoſtoli. i. Capitulo. i.

CHariſſimi. Succincti lūbos mentis veſtræ: ſobrii: perfecti ſperate in eā quæ offert̄ vobis grām in reuelationē ieſu chr̄i quaſi filii obediētiæ: nō cōfigurati prioribꝰ ignorātiæ deſideriis: ſed ſcd̄m eū qui vocauit vos ſanctū: vt & ipſi ſancti in omni cōuerſatione ſitis. Quoniā ſcriptum eſt. Sancti eritis: quoniam ego ſanctꝰ ſum: dominus deus veſter.

¶ Pro familiaribꝰ. Lectio Pauli ad Galatas. Capitulo. vi.

FRatres. Si ꝓoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi īſtruite in ſpiritu lenitatis: cōſiderans teipſum

¶ Pro cōgregatiōe. SUccincti lūbos mētis vr̄e. Ex prima Petri epl̄a. c. j. In quo apl̄s regeneratos inducit ad caſtitatē et mundiciā. Succincti lūbos. i. caſti corpore ⁊ mēte. Sobrij. victu ⁊ veſtitu. Perfecti i oi virtute. Grā. per quā ſperatis gloriam. In reuelationē. i. ꝑ reuelationē. Obediētie. i ob ſeruatione legis. Nō ꝯfigurati. i. ꝯformati. Sāctū. ſ. deū. Sancti ſitis. i. ſanctitatis illiꝰ imitatores. Scriptum eſt. Leuitici. xix.

¶ Pro familiaribus. SI ꝓoccupatꝰ fuerit hō. Ex epl̄a ad Gala. c. vj. In q̄ inducit illos ad patientiā ⁊ mutuā tolerātiā. Preoccupatꝰ. aliq̄ ꝑturbatiōe ai. Qui ſp̄uales. i. ſapientiores. Sp̄ū lenitatis. reducendo ad manſuetudinem. Cōſiderans teipſum. ideſt propriam fraglilitatem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tu tenteris. ideſt in ſimilem perturbationem incidas. Alter alterius onera. ideſt infirmitates mutuas ſufferendo.

¶ Pro tribulatione quacunq;.

SI iniquitates noſtre cōtenderint. Ex hieremia ꝓpheta. c. xiiii. deprecatio eſt ꝓphete populo cōdolentis. Cōtenderint. ideſt

ne & tu tēteris. Alter alteri⁹ onera portate: & ſic adimplebitis legē chriſti.

¶Pro quacūq; tribulatione. Lectio Hieremiæ prophetæ. Cap. xiiii.

SI iniquitates noſtræ contēderint contra nos dñe: libera nos quæſumus: fac ꝓpter nomen tuū: quoniam multę ſunt auerſiōes noſtræ. Tibi peccauimus expectatio iſrael: ſaluator noſter in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es domine: & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos domine deus noſter.

¶Pro pluuia. Lectio libri Leuitici. Capitulo. xxvi.

IN diebus illis. Dixit dñs ad Moyſen. Si in pręceptis meis ambulaueritis &c. vt ſupra.

¶Pro ſacerdote. Beati Pauli ad Timotheum prima. Capitu. i.

CHariſſime. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus: quia chriſtus ieſus venit in hunc mūdum peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum. Sed ideo miſericordiā

fuerint ꝯtra nos. Fac propter nomen tuum ideſt ſcdm̄ tuam miſericordiam. Auerſiones. ſcilȝ a te ſiue a via recta ſicut cōuerſio eſt ad deū ⁊ viam rectā.

Expectatio iſrael. i. in quo ſolo habemus oēm ſpem noſtram. et paucis ꝟbis interpoſitis ſubdit. Tu autem in nobis es dñe: hoc dicit: q2 in templo erat propiciatorium quaſi dei ſedes.

¶ Pro pluuia.

DIxit dominus ad Moſen. Si in preceptis meis. Ex Leuitico cap. xvj. Iā expoſita eſt in vigilia trinitatis.

¶ Pro ſacerdote.

FIdelis ſermo et oi acceptiōe. prima. ad Timotheū capitul. j. Fidelis ſermo. ideſt verus ⁊ dignus. Acceptione. i. qui ab audiētib⁹ accipiatur. et ſubdit ſermonem. Ego ꝑmus. ex perſecutore factus apoſtolus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cõſequutus ſum: vt in me primũ oſtenderet omnẽ patientiam: ad informatione eorũ qui credituri ſunt illi in vitam æternam. Regi autẽ ſeculorũ immortali inuiſibili: ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculorũ. Amen.

Oſtenderet patientiã. reuocãdo me ab actu perſequẽdi. Qui credituri ſũt. vt nemo deſperet ex peccatis reduci poſſe ad gratiã. Propter quod agens. gratias concludit Regi ſeculorum ꝛc.

¶Pro auerteda epidimia. Lectio Rẽgum. ii. Capitulo. xxiiii.

¶Pro auertenda peſtilentia.

IN diebus illis. Immiſit dominus peſtilentiam in iſrael de mane vſq; ad tempus conſtitutum: & mortui ſunt a Dan vſq; ad Berſabee ſeptuaginta milia virorum. Cumq; extendiſſet manum ſuam angelus domini ſuper hieruſalem vt diſperderet eam: miſertus eſt dominus ſuper afflictionem eorum. Et dixit angelus percutienti populum: ſufficit nunc contine manum tuam. Erat autẽ angelus domini ſtans ſuper aream areuna Iebuſei. Dixitq; Dauid ad dominum: cum vidiſſet angelum percutientem populum. Ego ſum qui peccaui: & qui inique egi: iſti qui oues ſunt quid fecerunt? Obſecro te domine vt auertatur manus tua contra me: & contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta domini ad Dauid in die illa. Et dixit ei. Aſcende/ & conſtrue altare domino in area areuna Iebuſei. Et aſcendit Dauid iuxta ſermonem Gad: quem præceperat ei dominus omnipotens.

Immiſit domin⁹ peſtilentiam. Ex ſecundo Regum capitulo. xxiiij. In quo ponitur peſtilẽtia quam immiſit dominus in iſrael: ꝑpter peccatum Dauid: quod iuſſit populum numerari. Ad tempus conſtitutum a deo. a Dan vſq; ad Berſabee. qui erant termini longitudinis iudee. Aream areuna Jebuſei. quia hic areuna nõ erat iudeus: ſed Jebuſeus: ideſt ex illorum genere qui ante regnũ Dauid habitabant hieruſalem: qui alio nomine vocabatur ornan. Gad propheta. quia tempore regni Dauid prophetabat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Contra eccleſie perſecutores.

Miſerere noſtri deus omniū. Ex Eccleſiaſtici libro capi. xxxvj. In quo ponitur oratio autoris huius operis: ⁊ poteſt eſſe orō prelati cuiuſcūq; ſpecialiter: dicēs. Miſerere noſtri deus omniū. per creationem. Reſpice nos. qui ſumus populꝰ tuus peculiaris. Lucem. ideſt conſolationem in tenebris noſtrarū tribulationum. Immitte timorē tuū. actiue pro terrorem. Magnalia tua. q̄ feciſti pro nobis contra illos. Alleua manum. ꝓ graua: nam qui iacit telum vt ferat: manū eleuat deinde grauat. Sanctificatus in nobis. colentibꝰ te: quē illi blaſphemāt. Magnificaberis ī eis. ideſt laudaberis: quia illos nobis ſubijcies. Ut cognoſcant te. oſtē dendo fauorem tuū ꝓ nobis contra illos. Innoua ſigna. ſcilicet que feciſti ꝓ nobis cōtra egyptios. Immuta mirabilia. vnū poſt aliud ſignū faciendo. Magnifica manum. ideſt iram tuam in illos monſtra. Extolle aduerſarium. ideſt extra fines noſtros pone. Feſtina tempus illorum punitionis: et noſtre liberationis. Finis. ſcilicet a te conſtituti ⁊ promiſſi de aduentu meſſie.

¶ Contra perſecutores eccleſiæ. Eccleſiaſtici. Capitu. xxxvi.

Miſerere deus omnium: & reſpice nos: & oſtēde nobis lucem miſerationum tuarum: & immitte timorem tuum ſuper gentes quæ non exquiſierunt te: vt cognoſcant quia nō eſt deus niſi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manū tuam ſuper gentes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut enim in cōſpectu eorum ſanctificatus es in nobis: ſic in cōſpectu noſtro magnificaberis in illis: vt cognoſcāt te ſicut & nos cognouimus: quoniā non eſt deus prçter te domine. Innoua ſigna: & immuta mirabilia. Glorifica manum & brachium dextrum. Excita furorem: & effunde iram. Extolle aduerſarium: & affige inimicum. Feſtina tempus: & memento finis: vt enarrēt mirabilia tua domine deus noſter.

¶ Pro infirmis. Lectio Iacobi apoſtoli. Capitulo. v.

¶ Pro infirmis.

BIBLIO… DE …

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TRiſtatur aliquis veſtrum. Ex epiſtola Jacobi capitu. v. Triſtatur. i. eſt in triſtitia aut in morbo. Oret equo animo. ideſt tranquillo ⁊ hilari. Pſallat. cantet ⁊ nō ſolum oret. Infirmatur. morbo in quo dubitatur de vita. Vngentes. hinc potiſſimum habet originem vnctionis ſacramētum. Alleuiabit. niſi aliud expediret potius infirmo qđ ſolus deꝰ ſcit. In peccatis. ſcȝ venialibus.

Confitemini. hinc quoqꝫ inſtitutū eſt confeſſionis ⁊ penitētie ſacramentum.

CHariſſimi. Triſtať aliquis veſtrū: oret æquo animo & pſallat. Infirmatur quis in vobis: inducat preſbyteros eccleſię & orēt ſuper eū: vngentes eum oleo in nomine dñi. Et oratio fidei ſaluabit infirmū: & alleuiabit eum dominus. Et ſi in peccatis ſit: dimittentur ei. Cōfitemini ergo alterutrum peccata veſtra: & orate pro inuicem vt ſaluemini.

¶Pro defunctis.

AVdiui vocem de celo. Ex Apocalypſi Joānis cap. xiiij. In quo agitur de premio illorum q̄ in martyrio aut confeſſione domini moriuntur. Scribe. de re notabili et diu permāſura hec dici ſolet. Amodo. id eſt iam ſiue cito vt ſit amodo quaſi ad modicum. Spirituſſanctus. cum patre ⁊ filio quorum eſt nexus. A laboribus. ⁊ fruantur eterna quiete.

¶Pro defunctis. Lectio libri Apocaly. Ioānis apoſtoli. Cap. xiiii.

IN diebus illis. Audiui vocē de cœlo: dicentē mihi. Scribe: beati mortui qui in dño moriūtur. Amodo enim iam dicit ſpiritus: vt requieſcant a laboribus ſuis. Opera enī illorum: ſequuntur illos.

¶Lectio libri Macchabeorum. ii. Capitulo. xii.

IN diebꝰ illis. Vir fortiſſimꝰ iudas

Opera illorum. ideſt merces ſuorum operū: quēadmodum ⁊ malorū operum ſuos autores. Vergilius. quiſqꝫ ſuos patimur manes. ¶Alia ꝓ defunctis.

VIr fortiſſimꝰ iudas collatione facta. Ex. ij. Macchabeorū. c. xij. In quo manifeſte oſtendit reſurrectionis ſpes: ⁊ qđ eleemoſyna facta ꝓ mortuis mirū in modū illis ꝓdeſt. Judas. cognomento Macchabeus qđ interpretatur pugnator: hebraice aſmonai.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Collatione facta.ex ea pecunia que quiſq; contulit. Drachmas argenti.drachma genus monete quod appendit ſextãdecimam partem vncie/hoc eſt dimidium noſtri nummi argentei. Mortuorum. qui in libello ceciderant quod geſtum eſt cum ducibus antiochi.

Cum pietate.ideſt pro religione. Optimã gratiam.i.mercedem.

collatione facta:duodecĩ millia drachmas argẽti miſit hieroſolymã: offerri eas ibi pro peccatis mortuorum:iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos q ceciderant reſurrecturos ſperaret: ſupfluũ videret & vanũ orare ꝑ mortuis.Sed qa conſiderabat ꝙ hi qui cũ pietate dormitionẽ acceperant: optimam haberẽt repoſitam gratiam.Sãcta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare:vt a peccatis ſoluantur.

¶ Lectio beati Pauli ad Theſſalonicenſes.i. Capitulo.iiii.

FRatres. Nolumus vos ignorare de dormientibꝰ: vt non cõtur bemini ſicut & cæteri qui ſpem nõ habẽt.Si ẽm credimꝰ ꝙ ieſus mortuus eſt & reſurrexit:ita & deꝰ eos qui dormierunt per ieſum adducet cũ eo. Hoc em̃ dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus: qui reſidui ſumus in aduentu domini non præueniemus eos quı̃ dormierunt. Quoniã ipſe dominꝰ in iuſſu:& in voce archãgeli; & in tuba dei deſcendet de cœlo

¶ Alia ꝑ defunctis.

Nolumus vos ignorare d dormientibus.Ex epiſtola ad Theſſalo.i.cap.iiii.In quo eos reprehẽdit:qui mortuos nimis lugẽt:cum ſit omnibus reſurgẽdi ſpes qui bene ſentiũt de religione. Spem nõ habẽt.ſcʒ reſurgẽdi. Si credimꝰ.hoc argumẽto ſepe vtit paulus ad ꝓbandũ reſurrectionẽ.qð chriſtꝰ ſcʒ reſurrexit. Qð ſi nos credimꝰ. ⁊ reſurrectionẽ quoq; credemꝰ. Adducet cũ eo. ad vitam immortalẽ. In verbo dñi.i. ex parte domini q̃ nobı̃ hoc reuelauit. Reſidui ſumus.a patribus noſtris iã mortuis. Non preueniemus.quia om̃es ſimul reſurgemꝰ. In iuſſu. ideſt iubendo his verbis. Surgite mortui: venite ad iudicium.

Archangeli.ſcʒ Michaelis. In tuba.que vox erit quaſi tube cu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuſdam que ad oēs perueniet. Mortui in chriſto.ideſt qui crediderunt. Reſurgent primi.reſpectu noſtrū qui viuimus.in illius fide. Qui relinquimur.ſcȝ in vita. Rapiemur cum illis. ſentire videtur apoſtolus ꝙ illi qui in die iudicij viuent:nō morientur:ſtā cum ſuſcitatis rapient. Obuiam chriſto.veniente ad iudicium. Conſolamini. ideſt in hac ſolicitudine mortuoꝝ cōſolamini vos inuicē cum ſpe reſurrectionis.

¶Alia ꝓ defunctis.

Chriſtus reſurrexit a mortuis. Ex prima ad Corinthios epl'a.c.xv.Expoſita eſt Feria quarta poſt dn̄icam in albis.

¶Alia ꝓ defunctis.

Ecce myſterium vobis dico. Ex epiſtola prima ad Corinthios.c.xv.In quo agit de myſterio reſurrectionis.Ecce miſterium.ideſt rē magnā/ atꝗ ad intelligēdū difficilem. Oēs.ideſt boni ⁊ mali. Nō oēs immutabimur.de ſtatu:ſcȝ corporalitatis ⁊ ſpiritualitatis ꝑ dotes corporis. In momento.ſcȝ fiet reſurrectio.

& mortui qui in chriſto ſunt: reſurgēti primi.Deinde nos qui viuimus qui relinquimur: ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiam chriſto in aera:& ſic ſemper cum domino erimus.Itaqȝ conſolamini inuicem in verbis iſtis.

¶Beati Pauli ad Corinthios.i. Capitulo.xv.

FRatres. Chriſtꝰ reſurrexit a mortuis primitię dormiētiū. Quoniam quidem.&c.vt ſupra.

¶Beati Pauli ad Corinthios.i. Capitulo.xv.

FRatres.Ecce myſteriū vobis dico . Oēs quidē reſurgemus: ſed nō oēs īmutabimur. In momēto:in ictu oculi:in nouiſſima tuba. Canet em̄ tuba:& mortui reſurgēt incorrupti:& nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē:& mortale hoc induere immortalitatē. Cū autē corruptibile hoc

In ictu oculi.i.in inſtanti.ſcȝ quo claudit aut aperitur oculus. In nouiſſima tuba.i.voce qua dicet chriſtus/ſurgite mortui. Incorrupti.i.ſine membrorum diminutione. Et nos immutabimur.ſcilicet de corruptione ad immortalitatem. Corruptibile hoc.ideſt naturā humanā reſurgere incorruptibilem. Induere imortalitatem. ideſt

[m]eliorem ſtatū mutationem. Sermo qui ſcriptus eſt. Oſee.xiij.
[Ab]ſorpta eſt mors in victoria. in hebreo ero mors tua o mors.
Ubi eſt mors victoria tua. qua proſternebas omnes. quaſi dicat:
nuſq̄ erit. Stimulus
tuus. ideſt peccatum
quod erat mortis cau-
ſa. Uirtꝰ peccati lex.
quia peccatum ma-
gis viguit ex lege. dā-
do ſcilicet peccandi oc-
caſionem. Deo au-
tem gratias. ſcilꝫ aga-
mus.

induer[it] [in]corruptionē: & mortale hoc
induerit immortalitatem: tunc fiet ſer-
mo qui ſcriptꝰ eſt. Abſorpta eſt mors
in victoria. Vbi eſt mors victoria tua?
Vbi eſt mors ſtimulꝰ tuꝰ? Stimulꝰ aūt
mortis: peccatū eſt. Virtus vero pcti:
lex. Deo autē grās qui dedit vobis vi-
ctoriā. Per ieſum chrm̄ dn̄m nr̄m.

¶ EPISTOLARVM: QVAE IN EC-
cleſia per anni circulum cantantur finis: In in-
clyta Lucronii Ci[ui]tate. Apud Michae-
lem de Eguia B[i]bliographum. Idi-
bus Iulii. Milleſimo quin-
genteſimo vigeſi-
mo octauo.

¶ Ad Lectorem.

Lector habes Pauli ſubtilia dogmata ſancti:
Qui vas electum religione fuit.
Numina trina dei qui raptus in æthera vidit:
Suſtinet eccleſiæ culmina fortis Atlas.
Pagina ſacra licet antiqua volumina iactet:
Hoc velut in cunctis lucida gemma nittet.
Fundamenta iacit fidei certiſſima: ſummum
Præbet ei chriſti bibliotheca locum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

7
TO
B BLIOTE
Sala
Núme

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservada
Número 721

Epiſtolas
DE
San Pablo

Res.
721